This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

La
12
41

La 12.41

Harvard College Library

FROM

By Exchange

Sa 12, 74

RES METRICA AETNAE CARMINIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM MARPURGENSIUM ORDINE RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

IOSEPHUS FRANKE
SAXO.

MARPURGI CATTORUM
EX TYPOGRAPHIA HENRICI BAUER
MDCCCXCVIII.

La12.41

Harvard College Library
Mar,7. 1902.
By Exchange,

Dissertatio ab amplissimo philosophorum ordine approbata die VIII mensis Februarii a. h. s. XCVIII.

HERMANNO FRATRI CARISSIMO

SACRUM.

In corruptissimo carmine Aetnaeo emendando iam sagacissimus ille Iosephus Scaliger non inutiliter operam consumpsit.[1]) Post Scaligerum cum alii viri docti tum Fridericus Jacob de carmine Aetnaeo bene meritus est. Quod hic quidem poetica in linguam germanicam translatione adiecta edidit et editioni commentarium adiunxit amplissimum, cui Scaligeri et Lindenbruchii ad singulos versus adnotationes inseruit. Deinde M. Hauptius nominandus est, qui in quaestionibus Catullianis satis multos Aetnae locos tractavit (a. 1841).[2]) Iterum Hauptius huic carmini emendando operam dedit in indice lectionum aestivarum (Berol. 1854)[3]) et lectionum hibernarum (Berol. 1859).[4]) Tum in Aetnae carminis re critica versati sunt J. Maehlius[5]) et Munro.[6]) Rursus Hauptius nonnullos Aetnae locos restituere studuit[7]) ac totum carmen editioni suae Vergilianae inseruit.[8]) Iam nominandus est Aemilius Baehrensius, qui in „lectionum latinarum" pp. 36 sqq. (Bonnae 1870) et in Fleckeiseni „annalium" a. 1872 pp. 628 sqq. depravatis carminis Aetnaei locis medicinam adhibere studuit. Idem non multo post hoc carmen ita edidit, ut codd. lectiones et coniecturas ab aliis prolatas suasque adderet.[9])

---

1) cf. Lucilii Junioris Aetna. Recensuit notasque Jos. Scaligeri, Frid. Lindenbruchii et suas addidit Fridericus Jacob. Lipsiae 1826. praef p. V.

2) Mauricii Hauptii Opuscula. vol. I Lips. 1875 pp. 40 sqq.

3) cf. M. Hauptii Opusc. II, pp. 26—51.

4) cf. M. Hauptii Opusc. II, pp. 162 sqq.

5) Beiträge zur Kritik des Lehrgedichtes Aetna. Progr. d. Pädagog. Basel 1862.

6) Aetna revised emended and explained by H. A. J. Munro. Cambridge 1867.

7) cf. 'Hermes', vol. III pp. 338 sqq. (= Opusc. III pp. 437 sqq.)

8) P. Vergilii Maronis opera a M. Hauptio iterum recognita Lips. 1873. cf. censura H. Sauppii Goett. gel. anz. 1874 p. 481—494 = Ausgew. Schr., Berol. 1896, p. 689—697.

9) cf. Poetae latini minores recensuit et emendavit Aemilius Baehrens. vol. II Lipsiae 1880 pp. 80 sqq.

Anno 1883 Kruczkiewiczus de Aetnae carminis auctore disseruit.[1]) Post quem de codicibus et Aetnae auctoris cum Seneca conspiratione P. R. Wagler scripsit.[2]) Eodem anno (1884) Wagler suae commentationi „plenum indicem Aetnaeum“ adiunxit. Post Waglerum L. Alzinger studia Aetnaeo carmini tribuit. Atque primum quidem „indicem locorum Lucretianorum et Vergilianorum in Aetna“ composuit. Cum in hoc indice novas coniecturas proferret, paulo post commentatione, quae „curae criticae“ inscribitur, eis probabilitatem conciliare studuit. Tum idem „de Aetnae auctoris cum Lucretio conspiratione“ scripsit, cum simul de tempore dissereret, quo carmen Aetnaeum sibi conscriptum videretur esse.[3]) Superiore anno R. Hildebrandius commentationem, quae inscribitur „Zur Ueberlieferung der Aetna“, viris doctis proposuit.[4]) Postremus Sudhausius Aetnam carmen multa cum laude edidit.[5]) Atque exstruxit ille editionem uberrimo commentario, quo non solum singulos Aetnae versus interpretetur explicetque verum etiam de eruptionum quas dicunt Vulcanias apud veteres doctrina, de fontibus ex quibus auctor Aetnae hauserit, de auctore ipso, de re metrica et grammatica, de codicibus disserit. Negari non potest opera ac studio eorum, quos attuli, virorum doctorum satis multis huius carminis locis manum poetae restitutam esse.

Sed cum ars critica solido ut ita dicam fundamento careat, quamdiu in rem metricam carminis accurate non inquisitum est, illam uberius in hac commentatione tractavi. Laudavit Aetnae artem metricam iam Munro (cf. l. l. p. 34), qui eam cum arte Lucani contulit; Sudhausio auctor Aetnae Georgica potissimum Vergilii hac in re imitatus videtur esse (cf. l. l. p. 84). Quae vero hic vir doctissimus de arte metrica disserit, pauciora esse fateor neque ad hanc rem plane illustrandam sufficientia. Quam ob causam non prorsus inutilem me laborem suscepisse nec dubitandum mihi esse arbitror hanc quam conscripsi commentationem in publico proponere, praesertim cum iam eo die, quo Sudhausii editio Aetnae nondum prodiit, ab amplissimo philosophorum ordine approbata sit. Ea vero quae interim Sudhausius disputavit, singulis locis cum cura respexi.

Totum carmen Aetnaeum non in omnibus codicibus, quibus traditur, exstat. Nominandi sunt codd. hi:

---

1) Poema de Aetna monte Vergilio auctori potissimum esse tribuendum demonstrabat Dr. Bronislavus Kruczkiewicz, Cracoviae 1883.

2) De Aetna poëmate quaestiones criticae. Scripsit Paul. Reinh. Wagler, Berolini 1884.

3) Blätter für das Gymnasial-Schulwesen hrsggb. vom Bayr. Gymnasiallehrerverein, redig. von Dr. Joh. Melber. 31. Bd. Heft II et III, VII et VIII, XI et XII. München 1895 = Studia in Aetnam collata Lips. 1896 (cum appendice). Adde 'der Wert des cod. Gyrald. für die Kritik des Aetna'. N. Jahrb. für Philol. 153 (1896) p. 845—860.

4) cf. Philologus Tom. LVI. Lipsiae 1897. p. 97 sqq.

5) Aetna erklärt von Siegfried Sudhaus. Leipzig 1898.

1. Cod. G. In hoc codice Gyraldino versus leguntur tantummodo 138—287. Quae pars Aetnae carminis in eo codice Claudiani carminibus adiuncta est. De hac re cf. Aemilius Baehrens Poet. Lat. Min. rec. et emend. Vol. II Lps. 1880 p. 6 sqq., Paulus Reinholdus Wagler De Aetna Poemate Quaest. Crit. Berol. 1884 p. 10 sqq. Codex deperditus, ex quo ibi Aetna descripta est, qualis fuerit vel quid continuerit minus certum est; vide Theodorus Birt Claudii Claudiani carmina rec. (= Monum. Germ. Histor. T. X) Berol. 1892 p. LXXXIX sqq. Hunc codicem G ceteris omnibus codd. praestare interpretes recentioris aetatis omnes ad unum fere consenserunt. cf. Baehrens l. c. p. 9, Wagler l. l. p. 1 sqq., Hildebrandt l. l. p. 97 sqq., Sudhaus l. l. p. 94. A quibus dissentit Alzinger, qui (cf. Neue Jahrb. f. Philol. 153 (1895) p. 845—860) contendit cod. Cantabrigiensem in re critica Aetnae carminis primo loco respiciendum esse. Cui de codicis praestantia sententiae vix multi viri docti assentientur. Iis quidem locis quos in hac commentatione tractavi, plerumque codex Gyraldinus meliorem lectionem praebebat. cf. vv. 140 sq. 203 sqq., 247.

2. Cod. C. In hoc codice Cantabrigiensi, quem Baehrensius l. c. p. 11 saeculo X—XI attribuit, totum Aetnae carmen traditum est. De quo codice cf. Wagler l. l. p. 6.

3. Stabulense fragmentum (S) saec. XI. Tertio loco nominandum est fragmentum Stabulense, quod ex eodem fonte fluxisse apparet atque cod. C, cum semper fere cum cod. C concinat. Primus de fragmento S. Bormansius viros doctos fecit certiores in „Bulletins de l'académie royale Belgique," tome XXI 1854 p. 258—379. De quo fragmento cf. Hildebrandt l. l. p. 115 sqq. Fragmentum Stabulense Aetnae versus, excepto v. 303, exhibet 1—346, ita tamen, ut vv. 171—261 legi fere nequeant et exitus vv. 304—346 abscissi sint.

4. Parisina excerpta (Par.) saec. XIII. Haec excerpta Parisina complectuntur vv. 222—272. Sed omissi sunt vv. 226, 227, 252—257 proque versibus 229 et 230 substitutum est „principia et rerum dubias exquirere causas" (cf. v. 226). De quibus excerptis cf. Baehrens l. l. p. 15 et Wagler l. l. p. 6 sq.

5. Cod. Helmstadiensis (H) saec. XV. Accedunt recentiores codd. Italici qui multo deteriores lectiones praebent quam codd. supra enumerati. Optimus omnium codd. Italicorum hic cod. H dici potest.

6. Cod. Rehdigeranus saec. XV. Conscriptus est hic cod. eodem tempore atque cod. H, sed multo deterior illo.

7. Cod. Arundelianus saec. XV. Hic cod. non melior est quam cod. Rehdigeranus.

8. Alii libri deteriores, quorum lectiones Baehrensius, si quid boni praebebant, Italorum nomine adscripsit.

Auctor Aetnae carminis ad versus fingendos duabus potissimum hexametri formis usus est. Quas formas vocitabo F I et F III, sequens Theodorum Birtium, qui in sua de hexametro latino commentatione singulos diversorum poetarum hexametros in sex formas divisit. cf. Ad historiam hexametri Latini Symbola. Bonnae 1876. p. 7 sqq. Harum formarum prior ea est, in qua semiquinaria primum locum tenet, ad quam trithemimeres et hephthemimeres aut accedunt aut non accedunt. Formam tertiam autem eam dico, in qua inter trithemimeren et hephthemimeren etiam post tertium trochaeum interciditur. Etiamsi plerique Aetnaei carminis versus in formas I et III redacti sunt, tamen poeta ad complures versus construendos alias formas usurpavit. Hae sunt F II, in qua non nisi trithemimeres et hephthemimeres reperitur, F IV, in qua intercisio post tertium trochaeum et hephthemimeres adest. Etiam F V invenitur, in qua item post tertium trochaeum intercisum est antecedente trithemimere. F VI Birtius eam dicit, in qua tantummodo post tertium trochaeum intercisum est. Haec quoque forma in Aetnae carmine exstaret, si v. 53 lectio „admotisque", quam Sudhausius in contextum Aetnae recepit, retinenda esset. At rectius videtur Hauptius coniecisse „admotis ad territa" pro „admotisque tertia." Vide infra. Qua re etiam Kaibelii coniectura „rhyacas" reicienda est, quam proponit ad v. 533; quem sic legi vult: Imposuere rhyacas et ipso nomine signant. Iam transeo ad singulas formas disceptandas.

F I.

Huius formae versus leguntur 531 in Aetnae carmine. Neque tamen hi omnes unum in modum intercisi sunt. Dividendi sunt in quattuor genera. 1) 168 versus praeter penthemimeren etiam trithemimeren et hephthemimeren exhibent. 2) 167 versus tantummodo penthemimeren et hephthemimeren praebent. 3) In 88 vv. trithemimeres et penthemimeres caesurae sunt. 4) In 108 versibus sola penthemimeres adest.

Ad. 1. Huius modi versus sunt hi: v. 2 (et quae tam / fortes / volvant / incendia causae), 4, 10, 13, 15, 16, 17, 25, 27, 29, 31, 36, 39, 45, 55, 56, 66, 67, 68, 69, 76, 78, 79, 88, 96, 100, 108, 117,

118, 119, 123, 130, 131, 133, 134, 149, 150, 153, 160, 161, 164, 165, 166, 168, 173, 175, 179, 181, 183, 184, 189, 192, 193, 194, 195, 197, 200, 205, 210, 215, 219, 220, 224, 228, 237, 239, 246, 252, 261, 262, 267, 268, 270, 271, 273, 278, 283, 286, 303, 305, 308, 309, 319, 320, 344, 351, 354, 356, 358, 360, 361, 364, 366, 375, 377, 378, 388, 397, 398, 404, 405, 407, 410, 411, 418, 421, 426, 432, 434, 435, 438, 442, 443, 448, 452, 458, 464, 465, 468, 471, 474, 475, 476, 482, 483, 485, 488, 489, 495, 496, 508, 509, 513, 520, 523, 525, 528, 529, 532, 536, 543, 547, 554, 558, 559, 563, 564, 570, 571, 581, 584, 587, 588, 589, 590, 592, 593, 594, 608, 609, 611, 612, 615, 618, 619, 634, 641, 642.

Adnotationes: v. 133: hoc loco Scaliger pro traditis vocibus „qua etiam" non inepte „qua et iam" scripsit. v. 161: hic sine dubio lectio cod. G „falleris et / nondum / certo / tibi lumine res est" praeferenda est. Ceteri codd. tradunt: „fallere sed nondum tibi lumine certaque retro." v. 165: probo lectiones cod. G „teneat" et „ventos". v. 273: Sudhausius recepit Baehrensii coniecturam „quaevis res" (G „quovis est"); probata scriptura codd. C, S, H „qua visum est" hephthemimeres deesset. v. 508: apparet lectionem cod. H „si vel fumanti et hic" sana sententia carere. v. 571: qrobanda videtur coniectura A. de Rooy „maria et terras" pro tradita lectione „materia et terris"; probata Baehrensii coniectura „maria extremis" F II exsisteret. v. 592: traditum vocabulum cod. C „tumultum" et metro et sententiae repugnat; ceteri codd. recte „tumulum".

Ad. 2: Tales versus in carmine Aetnaeo exstant hi: v. 6, (seu tibi Dodona / potior / tecumque faventes), 7, 8, 21, 26, 28, 32, 33, 34, 35, 37, 40, 43, 46, 47, 49, 52, 54, 58, 63, 70, 72, 82, 84, 87, 95, 106, 107, 114, 116, 126, 127, 135, 139, 141, 142, 144, 146, 154, 155, 163, 172, 174, 180, 190, 196, 198, 201, 204, 206, 208, 213, 214, 222, 225, 229, 231, 234, 236, 248, 250, 251, 255, 256, 260, 269, 272, 276, 281, 284, 285, 287, 289, 290, 297, 299, 301, 304, 307, 310, 312, 315, 316, 318, 327, 328, 329, 330, 331, 333, 334, 335, 341, 343, 349, 352, 359, 363, 365, 367, 381, 382, 383, 385, 390, 394, 399, 401, 402, 403, 409, 415, 417, 420, 422, 423, 430, 439, 441, 444, 446, 454, 456, 459, 462, 470, 478, 493, 498, 499, 502, 505, 516, 527, 530, 534, 535, 549, 555, 557, 567, 568, 572, 580, 582, 586, 599, 600, 602, 603, 605, 607, 610, 613, 614, 617, 620, 621, 627, 630, 631, 633, 635, 636, 637, 639, 644.

Adnotationes: v. 6: vox Dodona hic vix ferri potest; etenim Dodonae, quantum accepimus, Apollini templum non erat. Qua re Alzinger l. l. p. 423 proponit legendum: „sive tibi Daphne est potior", cum Sudhausius „Dodone" in Aetnae contextum receperit (cf. l. l. p. 95 sq.) Fortasse Alzingeri coniectura probanda, quippe lenissima. v. 190: placet lectio cod. G „mille sub exiguum / venient / tibi pignora tempus." Scripturam cod. C „exiguo ponentibus tem-

pora vera“ corruptam esse patet. v. 234: probo lectionem cod. G „suos servent;“ lectio codd. C et H „suo errant“ ferri nequit. v. 255: sequor cod. G scripturam; codd. CH lectio „mortalis spes est quaeve“ depravata est. v. 276: probandam censeo lectionem cod. G „occulto terrae natura“; verba in codd. CS tradita „exculto natura terra“ sana carent sententia. v. 441: apparet lectiones cod. C „maiore frixit“ et H „maior efrixit“ corruptas esse e vera scriptura „maior refrixit“, quam exhibent codd. deteriores. v. 599: lectionem codd. „et iam illa manus operum“ Hauptius recte in „et iam mille manus operum“ mutavisse videtur. v. 630: hoc loco codd. adulterinas lectiones praebent has: „manduces“ (C)-„n“ supra „es“- „manu dicens“ (H et deteriores). Iam in veteribus editionibus recte „manus, dites“ legitur.

Ad. 3: Tertio loco nominandi sunt hi versus: v. 12 (annua sed / saturae / complerent horrea messes), 14, 19, 22, 48, 51, 64, 73, 77, 80, 81, 86, 90, 102, 103, 111, 113, 120, 122, 125, 129, 140, 157, 159, 171, 182, 185, 187, 191, 202, 203, 207, 217, 226, 232, 235, 238, 245, 259, 275, 293, 296, 302, 317, 323, 340, 346, 369, 370, 373, 391, 393, 413, 416, 428, 436, 450, 453, 466, 472, 473, 477, 480, 486, 494, 497, 500, 501, 511, 515, 522, 537, 540, 541, 544, 560, 561, 566, 569, 578, 595, 596, 597, 606, 624, 632, 643, 645.

Adnotationes: v. 129: in codd. CS hoc loco legitur „fluvium aut“, pro quo Itali „fluviorum aut“ scripserunt. Baehrensius „fluvio et (aut) det“ coniecit. Sudhausius versum 129 sic scribens: „Hospitium fluvium: haut semita, nulla profecto“ lectionem „fluvium“ retinet admittitque hiatum in loco semiquinariae (cf. l. l. p. 116). Sed cum aliis Aetnae locis hiatus non reperiatur, dubito an ei non assentiendum sit, quamvis non ignorem Vergilium compluribus locis hiatum admisisse. Vide infra. Birtius mihi proposuit legendum „hospitium fluviis:“ Baehrensii coniectura nimis a codd. lectione recedit. v. 182: lectio cod. G „penitusque exaestuat“ praeferenda videtur; si cod. C scripturam „penitus quos exigit“ probaremus, etiam hephthemimeres in hoc versu exstaret. v. 191: ad totius loci sententiam accommodatior est lectio cod. G „oculos ducunt“ (Schrader „ducent“ coniecit, quod Sudhausius recepit); verbis „res oculique docent,“ quae in ceteris codd. leguntur, trithemimeres excluditur. v. 466: pro tradito „parere et tuto“ Sudhausius scripsit „par rere; e tuto.“ Pungit igitur post primum pedem spondiacum. cf. v. 613 (vixdum.); idem invenitur in Verg. Georg. l. I vv. 14, 69, 97, 111, 247, 458, 477. Multo saepius, si post primum pedem pungitur, dactylicus est. Vide v. 34, 52, 90, 222, 251, 296, 356, 397, 435, 575, 576, 595, 612, 624. Idem apud Vergilium animadvertitur, cf. Georg. l. I vv.: 6 (lumina), 46, 56, 59, 109, 118, 127, 152, 174, 253, 286, 316, 326, 333, 374, 450, 456, 464, 475, 488, 504. Qua re nescio an Scaligeri coniectura „par erit; e tuto“ praeferenda sit. v. 472: hic versus laborat

defectu unius syllabae longae. Itaque Sudhausius „pro hinc defensus“ („hinc defessus“ H) scripsit „hinc indefessus“. cf. l. l. p. 183. v. 477: depravatam lectionem codd. „sopita es“ correxi in „tophis“; vide infra. v. 522: pro tradito vocabulo „constat“ Hauptius coniecit „constans“. Num hac mutatione opus sit, mihi quidem conferenti Verg. Eclog. III 97 „ipse, ubi tempus erit, omnis in fonte lavabo“ et Eclog. VII 25 „versibus ille facit aut, si non possumus omnes“ dubium videtur esse. Verisimile est, ut Vergilium his locis, ita auctorem Aetnae brevem alteram syllabam verbi „constat“ illo versus loco i. e. in tertia arsi ante semiquinariam pro longa usurpavisse, quamquam sequens verbum vocali incipiat. Nec non comparari potest, quod scripsit Propertius I 8,8 vinceris aut vincis, haec in amore rota est; II 13, 25 Sat mea sit magna si tres sint pompa libelli; IV 1, 17 nulli cura fuit externos; IV 5, 64 per tenues ossa sunt numerata cutes. His quoque locis brevis vocalis aut syllaba in arsi tertii pedis producta est. Affert haec exempla Birtius Mus. Rhen. t. 38 p. 219 adn. 2, ubi de primo Properti libro uberius disserit. Sudhausius hanc rem perstringit l. l. p. 86.

Ad 4: Huc pertinent hi versus: v. 3 (quid fremat imperium / quid raucos torqueat aestus), 5, 9, 11, 18, 20, 23, 24, 30, 38, 41, 42, 50, 53, 59, 60, 61, 62, 65, 71, 74, 75, 85, 89, 91, 94, 97, 99, 101, 104, 110, 121, 128, 132, 138, 143, 145, 147, 152, 167, 199, 209, 216, 223, 230, 233, 240, 242, 243, 247, 249, 257, 264, 265, 277, 282, 288, 306, 314, 324, 326, 336, 342, 347, 348, 350, 353, 357, 362, 371, 392, 400, 419, 424, 427, 431, 433, 437, 440, 445, 455, 457, 460, 461, 467, 487, 491, 492, 503, 504, 521, 526, 533, 538, 539, 546, 548, 550, 553, 562, 574, 575, 577, 585, 598, 629, 638, 640.

Adnotationes: v. 53: de Hauptii coniectura „admotis ad territa“ pro „admotisque tertia“ vide supra p. 8. v. 314: Probanda lectio codd. CS et deteriorum „exoriens“; cod. H praebet „et oriens“. v. 353: in codd. H et deterioribus corruptum vocabulum „verberata“ eo exortum videtur, quod verae lectionis „verberat ora“ duae litterae „or“ excidebant v. 440: pro inepto vocabulo codd. „durata“ Birtius vult legi „Therasia“ producta a finali neque adiecta copula „est“, collato „Dodona“ v. 6. v. 577: lectio cod. H „invita piis“ metro repugnat. v. 629: traditum vocabulum „posuissent“ iam Scaliger recte in „posuisse in“ mutavit.

Denique elisione obscurata est penthemimeres in vv. hisce: 311 impellique / animas, 389 adpositumque / igni; 565 exanimant / pressoque / instigant; 576 felicesque alieno; 406 extorquere animos.

F II.

Octo exempla formae II, sed incertiora, afferenda sunt. Sunt haec: v. 178 non illi / duce me *oc*cultas / scrutabere causas, 254 haec nobis / magis *af*finis / caelestibus astris, 531 interius / furere *ac*censos / haec propala virtus.

Attendendum est his tribus exemplis ante penthemimeren pari modo praepositionem verbo praefixam comparere: *oc* / cultas, *ad* / finis, *ac* / censos. Itaque de iis quae secuntur dubitare licebit; tamen illa quoque formae II adscribenda videntur esse. Exstant enim in Aetna carmine tres vv., in quibus ad penthemimeren elisione obscuratam simul accedunt trithemimeres et hephthemimeres, ita ut propter penthemimeren debilitatam dubites an non F II agnoscenda sit. Vide v. 451 nam circa / latera atque imis / radicibus Aetnae, 552 candenti / pressoque agedum / fornace coërce, 601 artificis / naturae ingens / opus aspice, nulla. Adde v. 258 torquemur / miseri in parvis / terimurque labore, 412 vix unquam / redit in vires / atque evomit ignem.

Adnotationes: v. 601: codd. praeter C, qui „natura" exhibet, tradunt „naturae", quae lectio retinenda est. Hoc igitur versus loco i. e. inter moras 10 et 11 diphthongus eliditur, cum in omnibus reliquis vv., in quibus hoc loco semiquinariae elisio admittitur, brevis vocalis „e" absorpta sit. cf. vv. 311, 389, 406, 451, 552, 565, 576. v. 258 et 412: vocula „in" v. 258 cum voce „parvis" tam arte cohaeret, ut quasi unum vocabulum duo efficiant. Idem de lectione „in vires" (v. 412) dicendum.

F III.

Huius formae numero hi vv. adscribendi sunt 87: v. 1 (Aetna mihi / ruptique / cavis / fornacibus ignes), 57, 83, 92, 98, 105, 109, 112, 115, 124, 136, 137, 148, 151, 156, 158, 162, 169, 170, 176, 177, 186, 211, 212, 218, 221, 244, 253, 263, 274, 279, 280, 291, 292, 294, 295, 298, 300, 313, 321, 332, 337, 339, 345, 355, 368, 372, 374, 376, 379, 384, 386, 387, 395, 396, 408, 414, 425, 429, 447, 449, 469, 481, 484, 490, 506, 507, 510, 512, 517, 518, 519, 524, 542, 545, 551, 556, 573, 579, 583, 604, 616, 623, 625, 626, 628, 646.

Adnotationes: v. 98: lectio cod. H „suspensas" errore scribae exorta videtur, qui hoc verbum, quod ad „humus" v. 97 pertinet, perperam ad sequens vocabulum „vias" rettulit. v. 151: cod. G „flammaeve ruit", ceteri codd. „flamma verrit" vel „flamma vevrit" exhibent. Hildebrandius (cf. Philol. t LVI Lipsiae 1897 p. 113) legi vult „flamen verrit", cum hoc loco de flamma omnino non agatur. Idem iam Alzinger (J. J. LXVI 857) legendum proposuit; Birtius potius „flamenve. Ruit" scribendum censet. Sudhausius tamen „flammaeve: ruit" in contextum Aetnae recepit. Vide l. l. p. 120. v. 162: hic versus laborat defectu brevis syllabae post traditum verbum „vacant". Munro lenissima mutatione scripsit „vacant in hiatibus". v. 212: G exhibet: „Haec caussae expectanda terunt incendia montis"; in codd. C. H.: „haec („nec" H) causa expectata ruunt." Sudhausius, probata Maehlii coniectura „ferunt", hunc versum sic scripsit: „Haec causae spectanda ferunt incendia montis" (cf. l. l. p. 130). Etiam Birtius „spectanda" legendum mihi

proposuerat. v. 218: Baehrensius scripturam cod. G „magnusque qui sub duce“ secutus hunc locum sic restituit: „hic princeps / magnus / quo sub / duce militat ignis“, ita ut F I huic versui subesset. Atque Sundhausius quoque hunc versum sic scripsit. At rectius Munro proposuit legendum „magnoque sub hoc duce militat ignis“ ratione habita lectionis codd. CH „magnosque sub hoc duce“; nam adiectivum „magnus“ magis ad vocem „dux“ quadrat. v. 221: probo Matthiaei coniecturam „cohibentur“ pro traditis lectionibus „cohibetur“ vel „cohibent“. v. 395: in verbo „eripiantur“ offenderunt, cum Sudhausius traditam lectionem retineat. cf. l. l. p. 165 sq. Vide infra. v. 408. Sudhausius ita scripsit: „Et metuens natura mali est, ubi coritur igni“ accepitque verbum „coritur“ pro „cooritur“. cf. l. l. pp. 88, 168.

Priusquam ad ceteras hexametri formas transeo, pauca de tribus his prioribus dicenda sunt. Ad melius enim diiudicandam artem metricam, qua usus sit auctor Aetnae, oportet eum cum aliis poetis comparare. Atque primum id statuendum est, quam saepe auctor Aetnae hexametro tripartito usus sit. Hexametrum enim tripartitum praebent versus heroici in formas II et III redacti, cum versus formae I bipertiti sint cf. M. Valerii Martialis Epigrammaton libri editi a Friedlaendero (Lipsiae 1886) T. I. p. 41 sqq., ubi extat Theodori Birtii commentatio ad distichon elegiacum pertinens. Elegantissimam autem omnium sex formarum hexametri Birtius affirmat esse formam III cf. l. l. p. 42 et Ad Hist. Hex. Lat. Symb. p. 20. Quo quis frequentius igitur hac forma III vel omnino hexametro tripartito usus sit, eo elegantiorem eum poetam putare licebit.

In Aetnae autem carmine leguntur F I 531 versus (5 vv., in quibus penthemimeres obscurata est, his versibus non adnumeravi), F II versus 8, F III versus 87. Itaque Hex. trip. semel exstat in Aetnae vv. fere $6^{7}/_{12}$ (95 : 626).

Si hunc numerum conferes cum numeris a Birtio collectis, hanc habebis tabellam: Semel exstat Hex. trip. in Aetna: in vv. $6^{7}/_{12}$ (95 ex.), in Verg. Bucol.: in $7^{11}/_{15}$ (105 ex.), in Georg. I: in $7^{10}/_{11}$ (65), II: in $8^{5}/_{11}$ (66), III: in $5^{2}/_{3}$ (100), IV: in $6^{1}/_{2}$ (87), in Cul.: in $6^{1}/_{2}$ (64);[1]) in Tibull. I: in $4^{2}/_{3}$ (86), II: in $5^{4}/_{5}$ (37), IV 2—7: in $6^{1}/_{4}$ (12);[2]) in Manil. Astron. in l. I: in $7^{5}/_{6}$ (118), II: in $7^{7}/_{8}$ (123), III: in $8^{1}/_{2}$ (80), IV: in $8^{1}/_{5}$ (114), V: in $8^{6}/_{7}$ (84);[3]) in Calp. Eclog.: in 10 (77), in Nemes. Ecl.: in 7 (45), in Nemes. Cyneg.: in $4^{2}/_{5}$ (74).[4])

---

1) cf. Birt l. l. p. 40 sq.
2) cf. l. l. p. 48.
3) cf. l. l. p. 52.
4) cf. l. l. p. 63.

Itaque Aetna pari loco fere cum Culice et Verg. Georg. libro IV, vincit Manilium et Verg. Georg. l. I et II, vincitur a Tibullo et Verg. Georg. l. III.

Sed cum tripartiti hexametri species II elegantia superetur specie III, etiam in secundae apud singulos frequentiam inquirendum est. cf. l. l. p. 19. Itaque iam mihi addendum est, quot versus formae II in Aetna carmine et apud alios poetas reperiantur quaeque proportio inter F II et F III sit. Numeris, quos uncis inclusos apponam, summa exemplorum indicabitur. Atque semel quidem exstat F II in Aetna carmine in vv. $80\,^3/_4$ (8) et F II : F III = $1 : 10\,^7/_8$; in Verg. Bucol. in $62\,^1/_2$; 1 : 7; Georg. l. I in $36\,^5/_7$ (14); $1 : 3\,^2/_7$; in Cul. in $25\,^3/_4$ (16); 1 : 3;[1]) in Cir. in 54 (10); 1 : 5;[2]) in Manilii Astron. l. I: in $27\,^1/_{17}$ (34); $1 : 2\,^1/_2$; II: in $30\,^1/_4$ (32); $1 : 2\,^9/_{11}$; III: in $28\,^2/_5$ (24); $1 : 2\,^1/_3$; IV: in $46\,^7/_{10}$ (20); $1 : 4\,^1/_3$; V: in $49\,^1/_5$ (15); 1 : 4;[3]) in Grattii Cyneg.: in $38\,^4/_7$; 1 : 6;[4]) in Valeri Flacii l. I: in $21\,^3/_4$ (39); $1 : 5\,^1/_3$; III: in $19\,^1/_2$ (38); $1 : 5\,^1/_3$; VIII: in $13\,^1/_3$ (35); 1 : 3.[5])

Itaque Aetna non solum vincit Grattium et Manilium, sed etiam Culicem et ipsa Bucolica, magis etiam Georgica. Comparari potest Avienus, qui (in descriptione orbis terrae) bis exhibet F II i. e. semel in vers. 235, atque ita in illo carmine F II : F III = 1 : 10.[6])

Addam hoc loco auctorem Aetnae versus F III tanta diligentia finxisse, ut nullius primus pes voce dactylica aut spondiaca expleatur. Qua in re poeta laudandus est. Birtius de hac re haec dicit (cf. Friedlaenderi edit. Mart. Epigrammat. p. 45): „Noch sei an dieser Stelle ein auffallendes metrisches Ungeschick des Martial notirt. Schon Ennius und alle guten Dichter nach ihm vermieden im Hex. trip. (sowie auch in F V) den ersten Versfuss durch ein dactylisches oder gar durch ein spondeisches Wort auszufüllen, so dass in der zweiten Vershebung ein Monosyllabum zu stehen kommt und der Zweck der Trithemimeres, Widerstreit zwischen Wortaccent und Versictus zu erregen, paralysirt wird. Martial hat nun weder an den Stellen VI 29,5; 83,7 X 96,7 und 11 XI 27,1 XII 68,5 daktylisches Wort, noch auch gar an zwei Stellen des fünften Buchs 9,3 und 47,1 spondeisches Wort zu umgehen verstanden.“ Etiam Vergilius duos vv. F III voce dactylica (cf. Eclog. I 73 insere; X 3 carmina) et quattuor vv. F III spondiaca voce incepit (cf. Eclog. I 30 postquam, III 64 malo, VIII 83 Daphnis, X 21 omnes). Manilius vero (cf. Birt l. l. p. 52) in formis hexametri

1) cf. Birt. l. l. p. 41.
2) cf. l. l. p. 52.
3) cf. l. l. p. 52.
4) cf. l. l. p. 57.
5) cf. l. l. p. 63.
6) cf. l. l. p. 68 sq.

II et III neque admisit PPS (primum pedem spondiacum) neque PPD in libris (Astronomicon) V et VI, non nisi PPD admissum leges in libro III (v. 666).

Denique admoneo, primum et ultimum versum Aetnae carminis eandem formam (F III) habere; deinde in vv. 2—43 ubique regnat penthemimeres, item in vv. 629—645 regnat penthemimeres. Itaque conscium hac forma usum esse poetam patet; qua scilicet volubiliore et initium et conclusionem carminis exornandam putavit. Id ipsum adnotavit Birt de Halieuticis p. 193.

F IV.

At vero auctori Aetnae non satis erat tribus formis carmen suum componere, sed nonnullis versibus aliter construendis varietatem augere studuit. Accedit igitur F IV. Huius modi versus sunt hi 9: v. 44 sidera captivique / Iovis / transferre gigantes; 93 aestuet Aetna novosque / rapax / sibi congerat ignes. 325 spiritus involvensque / suo / sibi pondere vires; 380 post, ubi conticuere, / mora / velocius urgent, 463 diffugit exemploque / solum / trahit ictaque ramis, 514 flumina proprietate / simul / concrescere, sive; 591 Pergamon extinctosque / suo / Phrygas Hectore; parvum.

Accedunt duo vv., in quibus trithemimeres elisione voculae „que“ obscurata est. Sunt hi: v. 241 autumnoque obrepit / hiems / et in orbe recurrit, 322 terque quaterque exhausta / gravis / ubi perbibit euros.

F V.

Hac forma non multi versus huius carminis utuntur. Afferendi sunt vv. 4: v. 266: fertilis haec / segetique / feracior, altera viti, 338 non illam / videt Aetna / nec ullo intercipit aestu, 622 cunctantis / vorat ignis / et undique torret avaros. Adde v. 227 „ingenium / sacrare / caputque attollere caelo“, in quo hephthemimeres voculae „que“ elisione obscurata est.

Restant duo vv., in quibus tantummodo hephthemimeres adest: v. 188 nunc opus artificem incendi / causamque reposcit /479 verum ubi paulatim exiluit / sublata caducis. cf. Verg. Eclog. VIII 34 hirsutumque supercilium / promissaque barba; Georg. l. I 320 sublimem expulsam eruerent, / ita turbine nigro.

Addam hoc loco ea quae Birtius (cf. l. l. p. 11 sqq.) dicit: „huius modi hexameter „Et graviora rependit / iniquis pensa quasillis“ (VI) odiosus spernitur a nobilioribus nisi singulare quid sono depicturis“. Affert deinde complures poetas, apud quos praeter formam V etiam reperiatur forma VI. Concluditque ex paucitate exemplorum in graecanico hexametro post tertium trochaeum dirempto Romanos ne desiderarent latinae indolis caesuram quasi fulturam substruxisse aut semiternariam aut semiseptenariam. Atque Lucretium quidem in quinto libro quater formam VI exhibere, ubi viciens octiens forma V adsit; in eiusdem libro VI formam sextam undeciens,

in libro I septiens exstare. Catullum bis legem illam migravisse, apud Propertium ter formam VI, quater formam V adesse. Vergilium in Eclogis bis formam VI, septies formam V exhibere: in Georgicis formae V quidem viginti exempla, in Aeneide eiusdem formae adesse triginta, nusquam tamen formam VI. Etiam Ovidium, qui 25 vv. (sine Halieuticis 24) in f. V redegerit, unum versum in formam VI redegisse. Prorsus vero a sexta structura abstinuisse Manilium, Petronium, Homerum Latinum, Calpurnium, item scriptores Ciris et Culicis et Moreti, Grattium (vide 240), Persium, Valerium Flaccum (vide III 191), Silium per aliquot quos examinaverit libros, Nemesianum, Ausonium in Mosella; atque etiam in Aetnae carminis v. 53 Hauptio fere adstipulandum esse. Praeterea confer ea, quae Birtius dicit in eo libro, qui inscribitur: De Halieuticis Ovidio poetae falso adscriptis p. 190.

De proprietatibus singulorum versuum.

1. Auctor Aetnaei carminis in F I monosyllabum ante semiquinariam posuit in compluribus versibus quod caret subtiliore elegantia. Ad hanc observationem cf. Birtii ed. Claudiani praef. p. CCXIII. Primum ea exempla afferenda sunt, quae ea re excusantur, quod duo verba efficiunt vocem unam. Haec sunt: v. 29 ne quem, 46 sua est, 75 ingenium est, 142 via est, 168 opus est, 175 cum sit, 196 arbitrio est, 219 promptu est, 228 quae sint, 251 divina est, 287 infessa est (Baehrensius coniecit „infesta est"), 327 iter est, 358 illi est, 382 oblicum est, 400 data est, 411 tutum est, 420 accensa est, 432 locus est, 503 inflexa est, 504 disclusa est, 549 ingenium est (Itali recte „ingenio est"), 561 flamma est, 566 fama est (Wolfius „forma est" coniecit), 615 cuique est. Adde lectionem corruptam, v. 477 „sopita es", pro quo conieci „tophis". Lenia etiam exempla sunt: v. 364 quam cum 474 quam cum 609 quam cum. Liberiora haec (molestum est enim, si interpunctio intercedit): v. 153 tremor, hinc 267 humus, haec 405 dolor. hunc 547 pretium? et; praeterea v. 73 petula in se (adulterina lectio; cod. H exhibet „petulans", quod Sudhausius in Aetnae contextum recepit. cf. l. l. p. 108). Gravius peccatum est v. 31 ruere et, 231 modum et 246 maris et 301 angusto et 415 eadem et 443 minor et 465 fugere et 571 maria et 617 arma et; 189 parvo aut 570 hominum aut; 508 quondam ut. Restant tria exempla, quae ad F II trahenda sunt: v. 258 miseri in 354 adeo in 412 redit in. Quibus locis vocula „in" cum voce sequente tam arte cohaeret, ut unam quasi vocem duo efficiant vocabula (= 48 ex.). Simile in F III reperitur ante semiseptenariam; vide v. 115 via est (vox una), 408 mali est (vox una), 519 leve est (vox una). Accedunt 218 sub hoc; 518 suam et (gravius exemplum).

Iam vero similia etiam apud Vergilium inveniuntur. In Georg. l. I monosyllabum ante penthemimeren invenies locis 35 hisce: v. 24, 25, 36, 48, 83, 91, 118, 126, 148, 149, 154, 159, 160, 179, 188, 194,

197, 200, 204, 213, 216, 219, 239, 260, 263, 301, 303, 346, 359, 368, 392, 424, 443, 499, 513. Quindecies *et*, semel *ac*, bis *aut* legitur. In Eclogis I—X exempla 53 exstant. I 13, 15, 29, 78; II 19, 40; III 4, 8, 25, 26, 28, 29, 31, 45, 55, 67, 72, 87, 108; IV 11, 27, 36, 41; V 4, 14, 37, 42; VI 35, 69; VII 8, 29, 33, 34, 43, 52, 67; VIII 8, 40, 44, 60, 62, 78, 95, 102; IX 4, 6, 33, 59; X 9, 33, 36, 60, 72. In quibus quindecies gravius peccatum est. Etenim undecim locis legitur monosyllabum *et*, quater *aut*.

Monosyllabum ante semiseptenariam formae III reperitur in his Vergilii vv.: Eclog. II 4, III 109, VI 33, VIII 80, 83, IX 38, 39, 65; Georg. l. I 330, 419.

Monosyllabum igitur ante semiquinariam in F I semel exstat in Aetna carmine: in vv. $11\frac{1}{6}$ (48 ex.), in Verg. Eclog.: in vv. fere $13\frac{2}{5}$ (53), Georg. l. I: in vv. fere $12\frac{5}{7}$ (35). Scilicet in Aetna carmine 536 vv., in Verg. Eclog. 710 vv., Georg. l. I 446 vv. F I exstant. Vides artem poetarum hac in re prorsus parem. Monosyllabum ante semiseptenariam vv. F III semel exstat in Aetna carmine: in vv. $17\frac{2}{5}$ (5 ex.), in Verg. Ecl. I—X: in vv. $11\frac{3}{8}$ (8), Georg. l. I: in vv. 23 (2). In Aetnae carmine 87 vv., in Verg. Eclog. 91 vv., Georg. l. I: 46 vv. formae III leguntur.

2.

Vocibus spondiacis incipiunt — quod pigrum et lentum est — hi versus (F I) carminis Aetnaei: 30 (sedes), 37 (illis), 65 (illinc), 67, 87, 231, 242, 264, 265, 277, 287, 328, 333, 335, 341, 373, 381, 399, 427, 433, 455, 470, 478, 487, 495, 535, 613, 629, 631, 633, 637, 644. In Georg. l. I vocibus spondiacis incipiunt hi 20 versus: v. 18, 38, 51, 65, 69, 78, 151, 176, 197, 234, 245, 246, 247, 251, 346, 348, 413, 437, 477, 513. Vox spondiaca igitur primum pedem explet semel in Aetna carmine: in vv. fere $19\frac{3}{4}$ (= 32 ex.); in Georg. I: in vv. $25\frac{7}{10}$.

Itaque vincuntur ab Aetna Georgica.

Videamus iam quem ad modum alii poetae primum hexametri pedem tractaverint. Semel exstat PPS (his litteris Birtius signat primum pedem spondiacum) in Verg. Bucol.: in vv. 22 (= 37 exempla) Georg. II—III 258: in $34\frac{3}{4}$ (23), Aen. I—II 244: in $33\frac{1}{3}$ (30), VIII—IX 269: in $32\frac{1}{4}$ (31), XII: in 34 (28);[1]) in Manili Astron l. I: in $32\frac{3}{4}$ (28), II: in 29 (33), III: in $42\frac{1}{2}$ (16), IV: in $46\frac{1}{2}$ (20), V: in $38\frac{3}{4}$ (19);[2]) in Martialis Epigr. l. I: in $14\frac{2}{3}$ (18), II: in 21 (9), III: in $16\frac{3}{4}$ (12), IV: in 15 (14), V: in 15 (12), VI: in 18 (13).[3])

Aetna igitur hac in re fere aequat Vergilii Bucolica, vincit autem Georgica.

1) cf. Birt l. l. p. 39.
2) cf. l. l. p. 52.
3) cf. Martialis Epigr. ed. Friedlaender p. 48.

In F I voces spondiacas vel molossicas etiam ante caesuram bucolicam in Aetna carmine positas invenimus, qua re et ipsa versus lenti fieri solent. Vide v. 3 (raucos) 5 (Delos) 9 (nescit) 12 (complerent) 14 (pingui) 18 (deflevit) 19 (natorum) 24 (molimur) porro 41, 50, 59, 61, 64, 65, 73, 75, 77, 89, 91, 94, 99, 101, 102, 110, 121, 122, 125, 128, 132, 143, 147, 167, 171, 185, 191, 203, 209, 216, 223, 232, 233, 238, 240, 242, 264, 277, 282, 296, 314, 323 (hic Itali pro tradito vocabulo „primus" metri causa recte scripserunt „primos"), 326, 342, 346, 357, 391, 392, 393, 413, 416, 424, 427, 450, 455, 461, 473, 477, 480, 486, 492, 501, 503, 504, 526, 533, 537, 540, 553, 560, 562, 596, 643, 645 (= 82 vv.).

In Georg. l. I voces spondiacae vel molossicae ante caesuram bucolicam leguntur 56 locis: v. 22, 28, 36, 38, 49, 66, 73, 87, 96, 103, 108, 111, 126, 127, 134, 143, 144, 147, 168, 174, 175, 185, 204, 222, 223, 231, 239, 245, 248, 251, 258, 259, 266, 278, 283, 294, 295, 344, 351, 372, 374, 376, 381, 384, 390, 397, 403, 417, 427, 433, 445, 448, 481, 501, 507, 514.

PQS igitur in Aetna carmine semel exstat in vv. fere $7^{7}/_{10}$ (82 ex.), in Georg. l. I semel in vv. fere 8. Litteris PQS Birtius pedem quartum spondiacum signat.

Conferantur iam alii poetae. PQS semel exstat in Verg. Bucol.: in vv. $7^{1}/_{3}$ (111), Georg. II—III 258: in 8 (100), Aen. I—II 244: in $9^{3}/_{7}$ (106), VIII—IX 269: in $6^{5}/_{9}$ (146), XII: in $7^{1}/_{2}$ (123); [1]) in Manili Astron. l. I: in $3^{10}/_{11}$ (235), II: in $4^{1}/_{4}$ (226), III: in $4^{13}/_{14}$ (138), IV: in $5^{1}/_{3}$ (184), V: in $5^{1}/_{5}$ (141) [2]); in Martialis Epigr. l. I: in 7 (= 38 ex.), II: in $6^{2}/_{3}$ (28), III: in $5^{1}/_{7}$ (39), IV: in $4^{3}/_{5}$ (45), V: in $5^{2}/_{7}$ (34), XII: in $8^{1}/_{5}$ (23) [3]).

Itaque Aetna intercedit inter Vergilii Bucolica et Georgica, antecellit Manilio et Martiali (excepto Epigr. libro XII).

3.

Vocibus dactylicis — quod praestat — hi versus Aetnae incipiunt: in F I: v. 9 (aurea) 12 (annua) 17 (ultima) 24 (fortius) 46 (explicet) 28 (ignibus) 34 (sidera) 36 (discrepat) 41 (proxima) 42 (impia) 47 (squameus) 49, 51, 52, 54, 58, 64, 71, 72, 73, 75, 76, 90, 91, 106, 108, 123, 130, 133, 141, 154, 157, 161, 167, 180, 182, 199, 213, 217, 222, 233, 234, 237, 239, 243, 251, 260, 271 (probata lectione „horrea" codd. CSH et Parisinorum excerptorum; cod. G „horreaque" exhibet), 272, 286, 288, 296, 306, 314, 315, 316, 329, 331, 336, 348, 350, 353, 356, 362, 383, 390, 401, 413, 423, 430, 435, 436, 454, 461, 485, 486, 493, 498, 502, 505, 525,

1) cf. Birt l. l. p. 39.
2) cf. l. l. p. 52.
3) cf. Martialis Epigr. ed. Friedlaender p. 46 sq.

534, 538, 540, 546, 554, 558, 562, 568, 571, 575, 576, 580, 584, 585, 588, 593, 595, 612, 617, 624, 630, 638.

Accedunt in F IV: v. 44 sidera, 93 aestuet, 325 spiritus, 463 diffugit, 514 flumina, 591 Pergamon; in F. V: v. 266 fertilis (= 110 vv.).

In Georg. l. I horum vv. primum pedem voces dactylicae explent: v. 2, 6, 12, 30, 34, 35, 44, 49, 56, 57, 87, 93, 100, 109, 128, 131. 137, 146, 152, 165, 167, 173, 174, 178, 188, 190, 193, 195, 199, 217, 223, 238, 244, 253, 259, 262, 274, 282, 284, 286, 304, 309, 314, 318, 326, 329, 333, 336, 358, 359, 364, 373, 374, 379, 384, 397, 412, 425, 429, 436, 442, 452, 455, 456, 459, 461. 464, 469, 472, 475, 481, 484, 488, 493, 504.

PPD igitur in Aetna carmine semel exstat in vv, fere $5^{3}/_{4}$ (i. e. in vv. 110); in Georg. l. I semel in vv. fere $6^{6}/_{7}$ (75 ex.) — Litteris PPD Birtius primum pedem dactylicum signat.

Iam transeo ad numeros quos Birtius ex aliis poetis petitos proponit. PPD semel exstat in Lucreti l. I 1—400: in vv. $7^{2}/_{3}$ (52), II: in $6^{11}/_{18}$ (158), VI: in $5^{5}/_{7}$ (70);[1]) in Verg. Bucol.: in $5^{13}/_{30}$ (150), Georg. II—III 258: in $6^{1}/_{2}$ (123), Aen. I—II 244: in $7^{1}/_{2}$ (133), VIII—IX 269: in $7^{13}/_{16}$ (128), XII: in 7 (122);[2]) in Ovid. Amor. I: in 6 (63), Ars am. I: in $6^{1}/_{64}$ (64), Rem. Am.: in $5^{1}/_{3}$ (76), Metam. I: in $4^{1}/_{3}$ (179), Trist. III: in $6^{1}/_{3}$ (62), Fasti I: in 5 (72), Ep. ex Ponto: in $6^{5}/_{6}$ (59);[3]) in Calp. Eclog.: in $3^{7}/_{8}$ (196), Nemes. Eclog.: in $5^{1}/_{2}$ (56), Nemes. Cyneg.: in $7^{2}/_{9}$ (45).[4])

Itaque Aetna haud multo inferior est Virgilii Bucolicis aut Georgicis superior.

Dactylicas aut in dactylum exeuntes voces posuit auctor huius carminis in quarto pede horum versuum (F I): 22 (Minoida) 48 (proelia) 51 (metuentia) 62 (cetera) 103, 202, 217, 243, 245, 247, 259, 288, 293, 324, 336, 340, 347, 353, 362, 371, 400, 428, 466, 494, 497, 511, 538, 541, 544, 546, 561, 566, 569, 574, 575, 577, 578, 585, 595, 598, 606, 640 (= 42 exempla). Idem bis accidit in F V: v. 266 feracior 622 undique (= 2 vv.).

In Georg. l. I dactylicae aut in dactylum exeuntes voces quartum pedem explent horum vv.: 9, 10, 30, 34, 40, 60, 70, 84, 85, 93, 97, 101, 104, 107, 110, 115, 129, 132, 150, 166, 170, 180, 202, 234, 307, 317, 318, 337, 353, 356, 360, 362, 379, 418, 421, 428, 430, 439, 453, 462, 473, 497, 498 (43 ex.).

PQD igitur in Aetna carmine semel exstat in vv. fere $15^{2}/_{5}$ (42 ex.) (in hoc calculo duo exempla F V omisi); in Georg. I: in vv. fere 12 (43 ex.). Litteris PQD Birtius pedem quartum dactylicum signat.

1) cf. Birt l. l. p. 22.
2) cf. l. l. p. 39.
3) cf. l. l. p. 53.
4) cf. l. l. p. 63.

PQD semel exstat in Lucreti l. I: in vv. $11^{6}/_{7}$, II: in $10^{1}/_{2}$, VI: in 15; in Catulli c. 64: in 17,[1]) in Verg. Bucol.: in $8^{13}/_{15}$ (92), Georg. II—III 258: in $16^{2}/_{3}$ (48), Aen. I—II 244: in $26^{1}/_{3}$ (38), VIII—IX 269: in $25^{5}/_{8}$ (39), XII: in $29^{7}/_{10}$ (31);[2]) in Ovid. Amor. I: in 14 (28), Ars. Am. I: in $12^{2}/_{5}$ (31), Rem. Am. in $17^{3}/_{5}$ (23), Metam. I: in $10^{1}/_{9}$ (77), Trist. III: in $12^{7}/_{10}$ (31), Fasti I: in $9^{1}/_{2}$ (38), Ep. ex Ponto: in 12 (32);[3]) in Calp. Ecl.: in $5^{19}/_{27}$ (134); in Nemes. Ecl.: in 18 (17), in Cyneg.: in 15 (22).[4])

Aetna igitur pari fere loco est cum Virgilii Georg. II—III 258, non cum Bucolicis nec cum Georg. l. I.

PQD in Vergilii Bucolicis saepius legitur propter bucolicam quam vocant caesuram, quae ibi crebrius adest. Idem in Calpurnii Eclogis animadvertitur.

Breves syllabae pedis quarti dactylici ad duas voces pertinent seu post quartum trochaeum incisum est in vv. hisce: in F I v. 60 cuique / potentia 74 vulgata / licentia 140 spatiosa / cubilia 152 visa / tenerrima 317 tanta / potentia 431 testisque / Neapolin 433 pinguescat / et (Sudhausius collato v. 471 „domitá stanti", „pingué scatet" Aetnae contextui inseruit. cf. l. l. p. 173) 436 obesa / bitumine 457 cogitque / liquescere 491 facilesque / sibi 515 flagrare / bitumine; in F III v. 162 in / hiatibus („in" Munro legendum proposuit) 241 et / in orbe (= 13 vv.).

Etiam Vergilius satis multis locis post quartum trochaeum incidit. In Verg. Eclogis exempla 23 exstant in F I; adde unum in F V (24 ex.). In Georg. l. I inveniuntur 21 exempla F I, 2 exempla F III (= 23 ex.)

In Aetna igitur carmine unum exemplum reperitur in vv. $49^{9}/_{13}$; in Verg. Eclog. unum in vv. fere $34^{1}/_{2}$, in Georg. l. I unum in vv. fere $22^{1}/_{3}$. Itaque Aetna Vergilii artem exsuperat.

4.

Voces quae spatium inter penthemimeren et caesuram bucolicam explent plerumque ampliores spondeo sunt. Molossicae voces leguntur his locis: v. 12 (complerent) 18 (deflevit) 19 (natorum) 24 (molimur) 41 (Aetnaei) 42, 50, 59, 64, 65, 73, 77, 91, 99, 101, 102, 121, 125, 128, 132, 143, 203, 209, 223, 264, 296, 314, 326, 342, 357, 391, 393, 413, 424, 427, 440, 455, 461, 473, 480, 486, 492, 503, 504, 537, 540, 562, 596, 643, 645 (= ex. 50).

Idem invenies in Vergilii Eclogis quinquies septuagies. cf. Ecl. I 28, 33, 48, 49, 58, 61, 63, 66, 68, 82; II 39, 49, 59, 67, 70; III 17, 80, 82, 85, 106; IV 5, 28, 29, 30, 42, 44, 45, 46, 47,

1) cf. Birt l. l. p. 22.
2) cf. l. l. p. 39.
3) cf. l. l. p. 53.
4) cf. l. l. p. 63.

50; V 12, 16, 20, 54, 55, 56, 80, 84; VI 4, 5, 12, 17, 36, 38, 51, 54, 61, 63, 67, 86; VII 3, 24, 27, 30, 42, 51, 58, 60; VIII 47, 48, 50, 53, 71, 86, 96; IX 31, 46, 47, 48; X 8, 15, 36, 45, 55, 71 (= 75 vv.).

In Georg. l. I molossicae voces inter penthemimeren et caesuram bucolicam leguntur hisce 41 locis: v. 28, 38, 49, 66, 73, 96, 103, 108, 111, 126, 127, 134, 143, 144, 147, 168, 175, 185, 204, 222, 223, 231, 239, 248, 251, 258, 259, 266, 283, 294, 295, 351, 374, 376, 381, 384, 390, 403, 448, 481, 507.

In Aetna igitur semel id accidit in vv. fere $10^3/_4$ (50 ex.); in Verg. Eclogis in vv. fere $9^7/_{15}$ (75 ex.), in Georg. l. I in vv. fere $10^6/_7$ (41 ex.).

Spondiacam vocem, quam monosyllabum praecedat, in eodem spatio reperimus in vv. hisce: 3 quid raucos 5 seu Delos 9 qui nescit 14 et pingui 61 iam patri 75 hinc audit 81 te circum 89 in Ledam 94 se terrae 111 sed liber 122 quod fortem 147 nec ventis 171 hinc saevo 185 pars ignes 191 res ipsae 216 ut pellat 232 bis senos 233 quae certo 238 quo frater 240 cur aestas 242 et tristem 277 non multum (sic cod. G; Hauptius „multum" correxit in „mutum", quod Sudhausius recepit) 282 et multo 323 et primos 346 et praeceps 392 et quidquid 416 quod montis 450 nec temptat 477 et quaedam 526 nec vultum 553 nec saevum 560 vel quali (= 32 exempla).

Quaeritur cur non transposuerit vocabula poeta: ‘raucós quid’ enim si scribitur, iucunda rixa illa nascitur accentuum. At plerisque his locis fieri non poterat, quin poeta monosyllabum voci spondiacae anteponeret. Etenim in vv. 3, 5, 111 (ubi „seu" legendum), 171, 185, 191, 233, 238, 240 correlativa sive per anaphoram repetita vocabula hanc quam dedit poeta collocationem sibi exigebant. Vide v. 3 quid — quid, 5 seu — seu, 111 sive — seu, 171 hinc — hinc, 185 pars — pars, 191 res — res, 233 quae — quaeque, 238 quo — quo, 240 cur — cur. V. 9: poetae non licebat uti interrogatione ‘nescit qui?’ V. 14: mutatione verborum ‘et pingui’ versus destructus esset; idem accidisset in vv. 75, 89, 216, 242, 282, 323, 392, 477. v. 61: epica vox ‘iam’ locum habet in principio versus. v. 81: verborum coniunctio ‘te circum’ magis poetica est quam ‘circum te’. Hoc loco coniectura Scaligeri „siccum" pro „circum" reicienda videtur. Etenim poeta non ‘te siccum’ sed ‘siccum te’ dixisset, ut rixa accentuum oreretur (idem v. 304 „inter se" scripsit ne versum destrueret). v. 147: cum vocabulum „segnior" huius versus ad „ventis" pertineret, vocem „nec" priore loco ponere necesse erat. v. 232: vocabula „bis senos" unam vocem efficiunt. v. 277: monosyllabum „non" anteit voci spondiacae, quippe respondens vocabulo „nullum" quo versus incipit. v. 346: vocabulum „praeceps" in altera parte versus posuit poeta, cum idem ad priorem partem mente addendum sit. Simile quid invenitur v. 260: quaeritur argenti semen,

nunc aurea vena. v. 416: necessaria erat haec positio 'quod montis', ne obscuraretur singulorum verborum coniunctio. v. 450: „nec temptat"; p terat scribere „temptat nec". Semel tantummodo auctor Aetnae carminis metri causa particulam „nec" altero loco posuit. cf. v. 403 ignem nec. Omnibus reliquis locis, quibus particula „nec" legitur, anteit vocabulis, ad quae pertinet. cf. v. 33 (neque), 35 (neque), 85 (nec), 86, 110, 111, 147, 150, 173, 197, 208, 225, 249, 338, 367, 372, 416, 420, 423, 436, 450 472, 526, 530, 549, 553, 605, 645. Itaque poeta in v. 450 vitavit ne hanc particulam altero loco poneret, ea scilicet de causa quod talis particulae positio dura et insolita esset. v. 560: neque vocula „vel" in Aetna carmine altero loco posita invenitur; vide v. 341, 625. Etiam hoc poetae durum visum esse suspicari licet. Duobus tantummodo locis miramur quod monosyllabum et vocem spondiacam non inter se commutavit: v. 94 ('se terrae'), ubi „se" arte cohaeret cum verbo sequente „porrigit", v. 122 ('quod fortem') ubi commutatione verborum iucunda rixa illa accentuum nata esset.

Vergilius multo rarius inter penthemimeren et caesuram bucolicam vocem spondiacam praecedente monosyllabo posuit. Inveni tredecim exempla haec: in Eclog. id I 51, 80, 81, II 27, III 51, 56, IV 24, VI 10, 11, 39, VII 45, VIII 81, IX 56 (= 13 ex.); in Georg. l. I exempla 11: v. 22, 36, 174, 245, 278, 344, 397, 417, 427, 433, 501.

In Aetna igitur unum exemplum in vv. $16^{3}/_{4}$ (32 ex.); at in Verg. Eclog. unum in vv. $54^{8}/_{13}$ (13 ex.). in Georg. l. I unum in vv. $40^{6}/_{11}$ (11 ex.) reperitur. Vides elegantiorem hoc in artificio Vergilium.

Saepius vero spondiaca vox monosyllabo antecedit hoc eodem loco, ita ut hephthemimeres exoriatur. Vide Aetn. v. 26 flammas et 27 moles et 28 urat, mens 52 cunctos ad 69 venit per 70 mundi nunc 72 vasto qui 100 omnis qua 106 iactis ex 119 uno se (lectio vulgata) 131 segni sub 168 turbant in (at praeferenda videtur lectio codicis G „turbanti") 201 tota nunc 204 surgant in 210 turbas ac 239 anni: ver 260 semen, nunc 273 quovis est (sive „quaevis res") 281 ventos, quid 284 servent, seu 290 nubes et 303 harum, quas 304 inter se 315 auras, vis 316 fortis et 320 pugnant in 344 torrens ut 363 flammas ac 365 silvae: dant 377 tecto sub 378 cursu, cum 381 moles ac 403 ignem nec 409 flammas, non 423 vires nec 432 multis iam 439 flammas quod 444 vires quae 448 ventos et 471 stanti pars 498 ripis ac 558 numquam nec (recte iam in editionibus veteribus traditum vocabulum „nec" mutatum videtur in „non". Etenim „nec" ferri nequit et quod auctor Aetnae particulam „nec" priore loco ponere consuevit, vide supra h. p., et quod vox „non" ad vocabulum „fertilis" solum spectat. Qua re miror quod Sudhausius „nec" in Aetnae contextum recepit). 568 vivit per 571 terris per („terras" scribendum) 580

illic et 586 carmen, tam 605 quamquam sors (lectio valde dubia) = 47 exempla.

Plerisque his locis poetae, ne aut legem grammaticam violaret aut hiatum admitteret, hic verborum ordo adhibendus erat. Excipiendi sunt versus 70, 201, 273, 432, 439, 444, ubi duo illa verba inter se commutare licebat. Poeta vero eo qui legitur ordine verborum usus est, ut rixam accentuum quam dixi nanciscerétur. Eadem de causa hoc versus loco vv. 72, 131 inversionem verborum de industria adhibitam invenimus.

Transeo ad Vergilium. Hic quoque haud raro spatium inter penthemimeren et caesuram bucolicam ita duobus verbis explevit, ut hephthemimeres nasceretur. Inveni sexaginta et octo exempla Vide Verg. Eclog. I 6, 29, 38, 60, 67, 83; II 8, 16, 21, 61; III 5, 12, 16, 21, 31, 41, 71, 84, 91, 97; IV 3, 4, 9, 11, 19, 26, 38, 55, 58, 59; V 10, 11, 13, 21, 34, 53, 57, 62, 63, 81, 83; VI 15, 19, 22, 43, 74; VII 31, 34, 43, 48, 49, 63; VIII 16, 19, 37, 38, 43, 65, 85, 93; IX 44, 61; X 14, 16, 20, 26, 40, 44 (= 68 vv.); in Georg. l. I haec exempla: v. 6, 7, 32, 35, 43, 44, 48, 50, 61, 69, 86, 89, 94, 102, 109, 139, 141, 146, 169, 209, 224, 232, 267, 284, 285, 290, 305, 329, 334, 335, 336, 354, 398, 402, 405, 410, 425, 436, 456, 463, 503, 510, 511 (= 43 ex.).

In Aetna unum carmine exemplum exstat in vv. fere $11^{3}/_{8}$ (47 ex.); in Verg. Eclog.: in vv. fere $10^{3}/_{7}$ (68), in Georg. l. I: in vv. fere $10^{4}/_{11}$ (43 ex.).

5.

Duplicem post quartum et quintum trochaeum incisionem, qualis amphibrachica voce in sede quinta efficitur, rarissime auctor Aetnae adhibuit. Exstant duo exempla haec: v. 97 penitusque / cavata / latebris (in F I), 241 hiems et / in orbe / recurrit (in F III). Hoc tamen alterum exemplum excusationem eo paratam habet quod in vocula *et* natura inest proclitica.

In Verg. Eclog. I—X numeravi decem exempla. Vide I 55 III 28, 42, 58 V 35 VI 27, 32, 46 VII 33 X 10.

In Aetna igitur carmine unum exemplum exstat in vv. fere 316 (2 ex.), at in Verg. Eclog. unum in vv. fere $81^{1}/_{3}$ (10).

Birtius (cf. l. l. p. 28) de hac duplici incisione dicit haec: „Sicut poetis non paucis iucundum visum est post quartum trochaeum incidere sermonem, ita etiam volubilius versus sonabit et aquae salientis haud absimile simul si post quintum trochaeum idem accidit, ita: Flagrantes aras vestemque / nemusque / sacerdos; quod artificium Ovidius nobilior repudiavit: in Amor. l. I: 2 exempla; II : 2; III : 2; in Arte Am. I : 1; II : 4; III : 1; in Fast. l. IV : 1; Ep ex Ponto II : 1; III : 3 quocum convenit Metam. l. I : 7 (unum in 111 vv.); item in reliquis, quod enumerare longum est; Vergilius tamen ad eandem accedit frequentiam quam primus toleravit Ennius,

Apud hunc enim unum exemplum est intra $66\frac{1}{2}$ metra, in Bucolicis Maronis intra $81\frac{1}{3}$. Plura etiam ei submascentur qui abstinebit attentione; sicut Horatius in Epistularum primo libro tricesimum tertium quemque versum talem reddidit, in Arte Poetica etiam decimum septimum quemque; Persius unum inter 54 vv., at Lucanus unum inter 546 (libri X) aut 436 (libri VII); Valerius Flaccus inter 142 (libri I)."

Afferam etiam, quae Birtius l. l. p. 40 dicit: „Etiam circa pedem quintum verba amphibrevia magis fovebat Eclogarum scriptor quam Georgicon; eorum enim vide unum reperiri in Bucol. inter $81\frac{1}{3}$ vv., in Georg I inter $171\frac{1}{2}$, II 542, III $141\frac{1}{4}$, IV $188\frac{2}{3}$, denique Aeneis I 108, II 72, III $178\frac{3}{4}$, IV 70, VI $112\frac{1}{2}$ etc. Denique Birtius (cf. Martialis Epigr. ed. Friedlaender p. 47 sq.) docet incisiones post quartum postque quintum trochaeum, ita ut quinta arsis in vocem amphibrevem incidat, crebrius nisi a poetis minus elegantibus non admissas esse. Cui numero ascribendum esse Martialem.

Saepius in Aetna carmine voces amphibrachicae in metri sede altera inveniuntur. Numeravi 8 exempla: in F I: v. 104 prima / secuta / maris 204 neve / sepulta / novi 282 unde / repente / quies (cod. G lectio „reperta" adulterina videtur) 352 sparsa / liquore / manus, 392 pingue / bitumen / adest, 400 vera / tenaxque / datast 630 parcite, / avara / manus, 640 tutus / uterque pio.

In Verg. Eclog. huius modi exempla repperi quindecim haec: II 15, 18, 63 IV 38 cedet / et ipsi / mari VI 10, 31 VIII 30, 84 ducite / ab urbe / domum 90, 94, 100, 104, 109 IX 15 X 5, 31 tristis / at ille / tamen.

Est igitur verbum amphibreve in altera versus sede in Aetna carmine: semel in vv. fere 79 (8); in Verg. Eclog. I—X: in vv. fere $45\frac{1}{6}$ (15).

Conferantur, quae Birtius l. l. p. 39 dicit: „Sunt autem talia (i. e. verba amphibrachyn valentia in altera sede versus) semel in Bucolicis inter $45\frac{1}{6}$ vv., in Georgicis inter 171 (I) tantum aut 135 (II) aut 71 (III) aut 189 (IV), in Aeneide inter 98 (I) aut 72 (II) aut 143 (III) aut 101 (IV) aut 90 (VI) aut 95 (XII)." Et l. l. p. 49 haec: „Vocabula amphibrevia secundam arsin quae occupent rarescentia exstant (i. e. in Tibulli carminibus) semel in l. I inter 81 vv. (5 ex.), II inter 214 (1), IV nusquam." De Manilio quem ferunt scriptorem Astronomicon Birtius haec dicit l. l. p. 52: „. . Verba qualia sunt Camena, poeta ut fluctuant in arsi secunda, ita in quinta rarescentia inveniuntur semel in l. I inter 116 vv. (8 ex.), II inter 139 (7 ex.) III inter $170\frac{1}{2}$ (4) IV inter $233\frac{1}{2}$ (4) V inter 248 (3)."

6.

Clausula hexametri legitima efficitur vocibus disyllabis (antecedere potest monosyllabum) aut trisyllabis.

Exceptiones adsunt in carmine Aetnaeo hae:

a) In monosyllabas voces exeunt hi vv.: in F I: 28 haec est 110 vetusta est 120 necesse est 147 ira est 152 causa est 161 res est 187 rerum est 231 lunae est (codd. CH tradunt „luna est") 235 cura est (falsa lectio: optimi codd. tradunt „iura") 257 segne est (codd. CH exhibent „segnes", Jacobus coniecit „segnem") 282 pax est („sit" exhibent codd. praeter Gyraldinum) 307 tecum est 315 vento est 317 rerum est 318 necesse est 356 praeda est (haec coniectura Baehrensii pro tradito vocabulo „predas") 393 Aetna est 416 pars est 421 terra est 436 terra est 443 terra est 477 faex est 529 terra est 621 secuta est; in F III v. 148 necesse est 170 uterque est (Itali „est" omiserunt) 177 vero est 396 dura est. — Omnibus his locis monosyllabum „est" legitur. Haec autem vocula „est" tam arte cum vocabulo praecedente cohaeret, ut duo verba, quibus illi versus terminantur, unam tamquam vocem efficiant. Accedit in F I v. 562 ut cum (= 29 vv.) Illud hoc loco mihi admonendum est v. 562 in duo monosyllaba exire praecedente polysyllabo.

In Verg. Eclog. I—X hi vv. in monosyllabum exeunt: 1) in *est*: II 70 ulmo est III 72 locuta est IV 63 cubileist VI 11 ulla est VI 74 secuta est VII 43 anno est X 23 secuta est: adde VIII 106 bonum sit; 2) in alia monosyllaba, ita tamen ut praecedens vocabulum item monosyllabum sit: V 83 nec quae VI 9 si quis VII 35 at tu IX 48 et quo; disyllabum anteit monosyllabo: v. III 62 apud me (= 13 vv.). In Georg. l. I quinquies monosyllabum in clausula versus legitur: 1) praecedente monosyllabo v. 314 et cum 370 et cum; 2) praecedente disyllabo: v. 247 silet nox; 3) praecedente polysyllabo: v. 181 exiguus mus 313 imbriferum ver.

In Aetna igitur exstat unum exemplum inter vv. fere $22^1/_4$; in Verg. Eclog. I—X unum inter vv. $63^{10}/_{13}$; Georg. l. I unum inter vv. $102^4/_5$. — Vide ea quae Birtius (cf. Martialis Epigr. ed. Friedlaender p 38 sqq.), de clausulis hexametrorum in Martialis Epigrammaton libris dicit.

b) bis posita sunt in clausula versus duo disyllaba, quibus monosyllabum antecedit. Prius horum disyllaborum semper vox pyrrhichiaca est. Vide v. 103 sors data caelo 456 et simul ictu (in F I).

Apud Vergilium saepe tales exitus habent hexametri. cf. Eclog. II 26, 37, 42, 53, 60; III 23, 40, 52, 88, 94; IV 34, 56; V 52, 80; VI 9; VII 7, 21, 47; VIII 7, 48, 50, 102; IX 17, 33, 53, 60; X 11. Semel duobus disyllabis non monosyllabum anteit, sed vox trochaica, cuius altera syllaba explodatur. cf. Eclog. IX 51 saepe ego longos (= 28 vv.). Addo his locis semel tantummodo pedem sextum duobus monosyllabis expleri v. VI 9

haec quoque, si quis. Patet verba „si quis“ tam arte cohaerere, ut unam tamquam vocem efficiant. Denique admoneo vocem pyrrhichiacam „quoque“ deciens legi (cf. II 53, 60 III 88 V 52, 80 VI 9 VIII 48, 50 IX 33, 53). In Georg. l. I duo disyllaba in clausula versus sexies invenies: 1) anteit duobus disyllabis monosyllabum: v. 29 ac tua nautae 150 ut mala culmos 356 aut freta ponti 380 et bibit ingens; adde v. 63 ergo age, terrae; 2) anteit polysyllabum: 80 pudeat sola neve.

In Aetna igitur carmine unum exemplum exstat in vv. 323; in Verg. Eclog. I—X unum inter vv. fere $29^{1}/_{7}$, in Georg. l. I unum in vv. $85^{2}/_{3}$.

c) quadrisyllaba vox semel in fine versus legitur. Vide v. 98 animanti (in F III).

Vergilius in Eclogis octies i. e. semel in vv. $103^{5}/_{8}$ in fine versus quadrisyllabum posuit: II 24 III 1, 63 IV 49 V 87 VI 53 VIII 44 X 12; in Georg. l. I in quadrisyllabum exeunt vv. 221 (abscondantur) 437 (Melicertae) i. e. semel in vv. 257. Nullus Aetnae carminis versus in pentasyllabum exit; in Vergilii Eclogis quinque talia exempla inveni. cf. III 37 V 73 VIII 1, 5, 62.

d) Versus spondiacus in Aetna carmine semel legitur. Est v. 497 „progrediens late diffunditur et succernens“, quod Sudhausius in Aetnae contextum recepit. cf. l. l. p. 188 sq. In pede huius versus quarto dactylus est.

In Vergil. Eclogis quater versum spondiacum invenies i. e. semel in vv. $207^{1}/_{4}$: Eclog. IV 49 incrementum V 38 purpurea narcisso VII 53 castaneae hirsutae; in Georg. l. I: v. 221 abscondantur.

7.

Totos versus dactylis refertos auctor Aetnae raro posuit. Quinque versus repperi: v. 196, 286 in F I, 298 in F III, 93 in F IV, 266 in F V.

In Verg. Eclog. tales versus exstant 32. Sunt hi: In F I: II 52, 63, 68 III 7, 93, 101, 103 V 42 VI 24 VIII 8, 17, 30, 33, 68, 72, 76, 79, 84, 90, 94, 100, 104, 109 IX 15, 23, 55 X 49, 66, 77. Admoneo hoc loco in Ecl. VIII eundem versum deciens repeti (cf. vv. 68, 72, 76, 79, 84, 90, 94, 100, 104, 109). In F III hi versus afferendi: II 65 V 61 VII 9. In Georg. l. I versus toti dactylici leguntur 12: v. 30, 85, 92, 93, 142, 152, 276, 429 in F I, 173 in F II, 105, 357, 444 in F III.

In Aetna igitur carmine talis versus semel exstat in vv. $129^{1}/_{5}$; in Verg. Ecl. semel in vv. fere $25^{7}/_{8}$, in Georg. l. I semel in vv. $42^{5}/_{6}$.

Crebriores sunt in Aetna carmine versus usque ad quintam arsin toti spondiaci. Sunt 33 vv. in F I: Vide v 2,

56, 65, 68, 69, 77, 94, 99, 100, 125, 128, 183, 220, 261, 287, 289, 335, 361, 391, 393, 438, 444, 450, 455, 478, 487, 501, 504, 508, 509, 523, 597, 602.

In Verg. Eclog. I—X inveni 37 vv. totos spondiacos usque ad quintam arsin hosce: In F I: v. I 39, 63 II 39, 54, 67 III 19, 31, 45, 57, 108 IV 28, 30 V 7, 20, 24, 53, 63, 75, 84 VI 15, 29, 45, 47, 51, 52, 73, 78 VII 45 VIII 56 IX 26, 44, 56, X 52, 64; accedunt in F II: v. III 10, 43, 47. In Georg. l. I tales versus invenies 30: v. 27, 65, 71, 86, 151, 160, 225, 231, 235, 239, 242, 254, 256, 267, 280, 290, 291, 294, 295, 311, 341, 342, 348, 351, 367, 403, 432, 479, 503, 510.

In Aetna igitur carmine unum exemplum inter vv. fere $19^{6}/_{11}$, in Verg. Eclogis unum inter vv. fere $22^{5}/_{12}$, in Georg. l. I unum in vv. fere $17^{1}/_{8}$ exstat.

8.

De interpunctione.

Hanc rem Hilbergius tractavit in commentatione, quae inscribitur: „Vorläufige Mitteilungen über die Tektonik des lateinischen Hexameters"; cf. Verhandlungen der 39. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner in Zürich. Leipzig 1888 p. 231 sqq. Hilbergius l. l. p. 232, offert Verg. Aen. I 17: „hic currus fuit; hoc regnum dea gentibus esse" adicitque post alterum pedem dactylicum huius versus asyndeton quod vocant sententiarum adesse. Atque tales quidem versus affirmat apud Vergilium, Horatium, Silium, Statium, Valerium Flaccum, alios frequenter inveniri. Attamen complures poetas esse, apud quos omnino non legantur. Quibus ascribendos esse Ovidium, Lucanum, Claudianum, Ausonium (excepto Mosella 133, ubi asyndeton quod vocant verborum reperiatur).

Hac Hilbergii observatione commotus Aetnam carmen examinavi. Et in tribus huius carminis versibus post alterum pedem dactylicum tale asyndeton sententiarum repperi. cf. v. 153 hinc terrae tremor, . . . 267 haec plantis humus, . . . 405 scintillat calor. . . .

In Verg. Eclogis I—X duo huius modi exempla exstant: v. V 66 ecce duas tibi, . . X 28 ecquis erit modus? . . in Georg. l. I: v. 91 seu durat magis, . . 513 addunt in spatia, . . („a" elidendum).

In Aetna igitur carmine unum exemplum inter vv. $215^{1}/_{3}$; in Verg Eclogis unum inter vv. $414^{1}/_{2}$, in Georg. l. I unum inter vv. 257 reperitur.

Deinde Hilbergius transit (cf. l. l. p. 234) ad asyndeton sententiarum, quod post tertium versus heroici trochaeum inveniatur; cf. Verg. Aen. I v. 290: „accipies secura; vocabitur hic quoque votis" tales igitur versus saepius apud Vergilium, Horatium, Ovidium, Silium, Statium, Valerium Flaccum,

alios legi; sed Lucanum, Claudianum illo hexametri loco asyndeton non admisisse, cum verborum asyndeton apud illum semel (VIII 599), apud hunc semel (de bello Gildonico 512) reperiatur.

Iam vero in Aetna carmine tale asyndeton post tertium trochaeum invenies hisce locis: v. 92 in vero mihi cura: 151 vis animae flammaeve (lectio „flammaeve" videtur corrigenda, cum hoc loco poeta de flamma omnino non dicat. (cf. Hildebrandt l. l. p. 113; Birtius mihi proposuit legendum „flamenve.") 221 cur subito cohibentur, . .

Multo saepius apud Vergilium in Eclogis idem accidit. Vide II 4, 7, 65; III 40, 59, 90 IV 10, 35 V 61, 64, 66, 79 VI 33 VII 9 VIII 80, 83 IX 38, 39, 62, 65 X 3, 28, 76 in F III: II 53 IV 57 V 19 (in F IV); X 12 (in F V); V 52 (in F VI) (28 exempla). Contra in Georg. l. I rara adsunt exempla: v. 299 in F III, v. 514 in F V.

In Aetna igitur carmine unum exemplum inter vv. 215⅓; in Verg. Eclog. unum inter vv. fere 29⅓, in Georg. l. I unum in vv. 257 exstat.

Tum Hilbergius (cf. l. l. p. 236) de sententiarum asyndeto, quod post quartum trochaeum adsit, disserit affirmatque illo loco hexametri temporibus imperatorum nisi ab Horatio, Martiale, Ovidio, Statio asyndeton non adhibitum esse. Docemur igitur his Hilbergii verbis apud Vergilium hoc asyndeton post quartum trochaeum non inveniri. Idem in Aetna carmine animadvertitur.

Raro accidisse Hilbergius (cf. l. l. p. 239) docet, ut sententiarum asyndeton post quintam hexametri arsin existeret. Inveniri tale apud Ennium, Lucilium, Lucretium, Horatium, Persium, Iuvenalem. Unde apparet Vergilium post quintam quoque arsin tali asyndeto abstinuisse. Neque auctor Aetnae carminis eo usus est.

Denique Hilbergius (cf. l. l. p. 240 sq.) transit ad asyndeton post tertium pedem spondiacum. Quod ibi dicit rarius a poetis usurpatum esse quam post quintam arsin. Vergilium semel tantummodo tam inelegantem versum fecisse (Georg. IV 532 haec omnis morbi caus(a);) apud Silium tres eius modi versus exstare (VI 112 XIII 196 XVII 172). Etiam apud Ovidium tale asyndeton duobus locis adesse, ita tamen, ut priorem sententiam monosyllabum expleat, quam ob rem in asyndeto illorum locorum non offendendum esse (cf. Met. XIII 851 ingentis clipei quid? XV 308 pauca super referam quid?), Lucanum, Statium, Valerium Flaccum, Claudianum, Ausonium, alios omnino tales versus non finxisse. Neque in Aetna carmine hoc asyndeton post tertium pedem spondiacum usquam inveni.

Praeterea de interpunctione vv. Aetnae carminis haec dicenda sunt: In loco bucolicae caesurae decem locis

distinguitur. Vide in F I: v. 46 his natura sua est alvo tenus, 103 in maria ac terras et sidera, 243 Lucifer unde micet, quave Hesperus, 567 terra foraminibus vires trahit, 584 excidit hic reduci quondam tibi, 592 conspicimus magni tumulum ducis: Accedunt in F III: v. 98 exiles suspensa vias agit; in F V: v. 266 fertilis haec segetique feracior, . .

In Verg. Eclog. I—X in loco bucolicae caesurae distinguitur in F I: v. I 7, 11, 74 II 15, 26, 42, 58, III 1, 34, 36, 68, 77, 86, 94 V 6, 25, 46, 87 VI 3, 21, 25, 55, 58 VII 4, 7, 8, 36, 44, 47, 61, 65, 68 VIII 11, 52, 58, 102 IX 2, 17, 23, 33, 51, 53, 59 X 11, 77; in F III: v. III 3, 23 X 21; in F V: v. VI 80, in F VI: v. IX 60. In Georg. l. I caesura bucolica 12 locis invenitur: In F I: v. 63, 77, 79, 113, 127, 150, 277, 331, 453, 461; in F III v. 371, 380.

In Aetna igitur carmine unum exemplum inter vv. $80^{3}/_{4}$ (8 ex.); at in Verg. Eclogis unum inter vv. fere $16^{3}/_{5}$ (50 ex.), in Georg. l. I unum in vv. $42^{5}/_{6}$ (12 ex.) exstat.

Post quintum trochaeum pungitur horum versuum: 91 ista; sed omnis 331 remeare, notandas 417 ille: profecto 513 igne, favilla 521 aeris, et ignis (Scaliger coniecit „igni") 615 viresque, rapina.

In Verg. Eclogis interductus post quintum trochaeum positus est his locis: I 9 II 73 III 14 V 6, 54, 70 VI 15, 16 VII 40 VIII 106 IX 1, 57, 63, 67; in Georg. l. I post quintum trochaeum sexies. Vide v. 67, 95, 225, 242, 347, 485.

In Aetna igitur carmine hoc loco interpunctum est semel in vv. $107^{2}/_{3}$ (6 ex.); in Verg. Eclogis semel in vv. $59^{3}/_{14}$ (= 14 ex.), in Georg. l. I semel in vv. $85^{2}/_{3}$ (6 ex.).

Ante pedem sextum seu ultimum pungitur his locis Aetnae carminis: v. 76 fallacia: vates 159 viribus, ora 162 hiatibus, omnis 173 credere, mundo: 192 contingere, tuto 209 viribus: omnes 216 corpora: nullus 274 artibus: illae 320 faucibus: arte 368 tempora, rursus 394 discurrere, fontes 514 concrescere, sive 562 faucibus, ut cum 588 hospita, tectis 591 Hectore; parvum 601 aspice, nulla 636 vestigia, cedunt (= 17 ex.).

Rarius in Verg. Eclogis ante sextum pedem versus interpunctionem invenies: cf. III 84 V 83 VI 9, 23, 39, 69 VII 35, 51 IX 12. In Georg. l. I ante sextum pedem vv. 63, 370 punctum est.

In Aetna igitur carmine unum exemplum inter vv. 38 (= 17 ex.); at in Verg. Eclogis unum inter vv. $92^{1}/_{9}$ (= 9 ex.); in Georg. l. I unum in vv. 257 (2 ex.) exstat.

Satis saepe in Aetna carmine interpunctio incidit in ipsum finem hexametrorum complurium continuorum. Atque ter quidem deinceps in clausula versus poeta interpunxit in vv. 2—4,

35–37, 73–75, 78–80, 99–101, 131—133, 141–143, 225–227, 230–232, 280–282, 306–308, 337—339, 356—358, 379—381, 384–386, 389–391, 393–395, 401—403, 612–614, 629—631; quater in vv. 47–50, 343–346, 424–427, 442—445, 475—478, 486–489, 583—586, 602–605, 636—639, 643–646; quinquies in vv. 184–188; sexies in vv. 19—24, 177–182, 234—239, 263–268, 369–374; septies in vv. 217—223, 241—247, 525–531, 534—540, 548—554, 616–622; octies in vv. 311–318; novies in vv. 253—261, 432–440.

Quibuscum conferas velim numeros a Vergilio petitos. In Eclogis ter deinceps in clausula versus interpungitur his locis: I 48—50, 58—60, 62–64, 72–74, 76–78 II 11—13, 33–35, 46—48 III 14–16, 65—67, 71—73, 91–93, 95—97 IV 35—37, V 1—3, 7—9, 42–44, 51—53, 71–73 VI 10—12, 28—30, 36—38, 40—42, 50—52, 71—73, 77—79 VII 9–11, 52—54 VIII 24—26, 34—36, 48–51 (v. 50 non adnumero), 81—83 IX 4–6, 45—47; quater: I 15—18, 43–46, 80–83 II 15—18, 41—44 III 49—52 IV 39—42 V 63—66, 75—78 VI 14—17 VII 23–26, VIII 3–6, 106—109 IX 20—23, 36—39 X 38—41; quinquies: II 5—9 III 18—22, 31–35 IV 27—31 V 84–88 VI 22–26, 44—48 VII 13—17 VIII 13–17, 28—32, 38—42, 75—79 IX 54—58, 61—65; sexies: II 20–25, 52—57 III 4—9 IV 9–14 V 14—19 VII 1—6 VIII 53—58, 60—65, 67—72 X 15–21 (v. 17 non adnumero); septies: IV 1—7 V 31—37 IX 25—31 X 2—8; octies: III 54—61, VIII 87—94; novies: 39—47, 95—103; duodecies: II 62—74 X 66—77; ter decies: VII 34—46; quinquies decies I 25—39, III 75—89, IV 49—63 VII 56—70. In Georg. l. I ter deinceps in fine versus interpunctum est hisce locis: 48—50, 71—73, 76—78, 99—101, 110—112, 123–125, 134—136, 157–159, 207–209, 258—260, 270—272, 286—288, 367—369, 452–454, 478—480, 507—509; quater: 20–23, 140–143, 248—251, 350—353, 394–397, 403–406, 437—440, 447—450, 457—460, 465–468; quinquies: 81—85, 164—168, 173—177, 226—230, 309–313, 426–430, 495—499; sexies: 262—267, 297—302; septies: 340–346; novies: 188–196.

9.

De elisionibus.

Hiatum auctor Aetnae semel admisit: v. 129 („fluvium: aut"), nisi forte legendum est „fluviis: aut"; cf. supra p. 10. In Verg. Eclogis I—X hiatus nonnullis locis exstat. cf. v. II 24, 53, 58, 65 III 6, 79, 100 VI 44 VII 53 (bis hoc loco) VIII 41, 108 X 12, 13. In Georg. l. I hiatus sexies invenitur: v. 4, 221, 281 (bis hoc loco) 341, 437.

Aphaereses non paucis locis carminis Aetnaei adsunt. Vide in F I: v. 23 iactatast 40 turpest 46 suast 75 ingeniumst 76 rerumst 97 sectast 110 vetustast 142 viast 146 quoquest 147 irast 152 causast 173 nequest 187 rerumst 194 operist 216 auxiliumst

219 in promptust 230 religatast 231 lunnaest (lunast CH, lunest Paris. et H. m. 2 praebent) 251 divinast 252 curast 257 segnest 273 visumst (sic tradunt codd. praeter Gyraldinum) 275 rerumst 287 infessast (G) 302 credendumst 317 rerumst 318 necessest 356 praedast (coniectura Baehrensii pro „predas" codd.) 358 illist 393 Aetnast 400 datast 411 tutumst 418 mirandast 419 quaecumquest 421 terrast 434 tantost 436 terrast 443 terrast 503 inflexast 504 disclusast 521 naturast 522 domitumst 525 sivest 529 terrast 561 flammast 566 famast 587 vestrast 615 cuiquest; in F III: v. 115 viast 148 necessest 170 uterquest 177 verost 379 desidiast 396 durast 408 malist (in cod. C „aliist" legitur) 519 levest. Accederet aphaeresis in altera persona: v. 477 „sopita es", nisi haec lectio depravata esset. Vide infra.

In Vergilii Eclogis I—X invenies aphaereses locis hisce: in F I: v. II 70 III 45, 72, 102 V 4, 32 VI 1, 11 VIII 33, 107 IX 59 X 23, 52; in F III: v. IX 38. In Georg. l. I duae aphaereses occurrunt: v. 25, 83 i e. bis in loco semiquinariae.

In Aetna igitur carmine unum exemplum inter vv. $11^{1}/_{3}$ (57 ex.); in Verg. Eclog. unum inter vv. $59^{3}/_{14}$ (14 ex.), in Georg. l. I unum in vv. 257 (2 ex.) exstat.

Ad elisiones recte diiudicandas diversae hexametri sedes discernendae sunt. Morarum loci sunt hi:

1.2 3 4 5.6 | 7 8 9.10 || 11 12 13.14 | 15 16 17.18 19 20 21.22 23.24

In hemistichiorum initiis seu post metri initium et proxime post caesuras pleraeque elisiones fiunt. Hi sunt loci inter moras 2 et 3, deinde inter 4 et 5, tum inter 14 et 15. Neque raro elisum inter moras 8 et 9 interque 16 et 17, utroque tamen loco quibusdam sub condicionibus. Nunquam vocales confluunt inter moras 11 et 12 neque inter 15 et 16 (in Verg. Eclogis inter moras 11 et 12 semel elisum est cf. VI 6; ter inter moras 15 et 16 cf. II 48 VII 41 IX 24; in Georg. l. I inter moras 15 et 16 bis: v. 357 tumescere 469 quoque). Etiam locus inter moras 22 et 23 a contractione vocalium prorsus alienus est (idem in Verg. Eclogis animadvertitur). Inter moras 7 et 8 semel brevis vocalis absorbetur. Vide v. 277 fallere opus (in Verg. Eclogis ter; cf. III 88, IV 102 VII 14) In thesibus igitur, quae ad penthemimeren, caesuram primariam, proxime adiacent i. e. inter moras 7 et 8 interque 11 et 12 auctor Aetnae vocales collidentes devitavit. Nec frequenter eliditur inter moras 19 et 20, 18 et 19, 20 et 21.

Inter moras 19 et 20 quinquies elisum est: in F I v. 33 demittere in 82 Aeace in 119 mergere hiatu; in F III v. 376 luctamine ab 469 examina harenae.

In Verg. Eclogis inter moras 19 et 20 septies eliditur. Atque sexies quidem brevis vocalis *e*: II 30 IV 11 V 6 VI 76 VIII 92 X 53; semel brevis *a*: VII 14, ita tamen ut in eandem vocalem

transeat. In Georg. l. I ibidem quinquies — *re* eliditur: v. 194, 282, 386, 471, 483.

In Aetna igitur carmine semel eliditur inter moras 19 et 20 in vv. $129^1/_5$ (5 ex.); in Verg. Eclog. semel in vv. $118^3/_7$ (7 ex.), in Georg. l. I semel in vv. $102^4/_5$ (5 ex.).

Inter moras 18 et 19: elisum semel in F I: collesque urebant v. 612 (in cod. H quod traditur „uirebant" idem esse atque „urebant" Birtius docet; Sudhausius „ruebant" scripsit), semel in F III: utque animanti v. 98 („utque" est vulgata lectio).

Item in Verg. Eclog. bis inter moras 18 et 19 brevis *e* absorbetur: VII 7; IX 51. In Georg. l. I ibidem semel eliditur: v. 63 ergo age.

In Aetna igitur carmine semel id accidit hoc versus loco inter vv. 323 (2 ex.); in Verg. Eclogis semel inter vv. $414^1/_4$ (2 ex.), in Georg. l. I semel in vv. 514.

Inter moras 20 et 21: Semper per synaloepham *que* cum syllaba sequente coagmentatur. Vide in F I v. 154 cessantiaque urget 183 discordiaque ingens 193 custodiaque ignis 206 omniaque extra.

In Georg. l. I inter moras 20 et 21 bis *neque* elisum invenitur: v. 95, 347.

Itaque inter moras 20 et 21 in Aetna carmine semel in vv. $161^1/_2$ eliditur (4 ex.), cum in Verg. Eclogis (vide infra h. p.) unum exemplum i. e. in vv. 829 exstet, in Georg. l. I semel in vv. 257 (2 ex.).

Ex ea re, quod omnibus his locis *que* legitur ante vocalem, apparere videtur voculae *que* elisionem nullam putandam esse, sed item pronuntiatam esse atque litteram *c*. Id maxime commendat illud „neque enim", quod idem atque „nec enim" valuisse vix poterit uegari. Conferatur Birtius in Martialis Epigr. ed. Friedlaenderi p. 35 et Claudiani praef. p. CCXVI; item Buente Patricii Epithalamium Marpurgi 1891 p. 50. Inter moras 20 et 21 etiam brevis *a* elisa esset, si v. 400 lectio cod. C „mola acris" esset probanda. At haec sine dubio corrupta est pro „molaris", quod ceteri codd. praebent. Hoc vocabulum „molaris" coniungendum est cum voce „lapis" v. 401. cf. lapidem molarem v. 454.

Vergilius inter moras 20 et 21 in Eclog. semel vocalem absorbendam posuit. cf. V 25 neque amnem.

De ceteris locis haec:

Inter moras 3 et 4: Hoc hexametri loco auctor Aetnae haud frequenter vocales contraxit. Sex exstant exempla in F I: 1) eliditur brevis *a*: 271 horrea uti (sic tradunt codd. praeter Gyraldinum) 454 pabula et; 2) brevis *e*: v. 157 pigraque et 493 utpote in aequalis 586 quoque Athenarum 630 parcite, avara.

Sic etiam apud Vergilium plerisque locis brevem *a* aut *e* inter moras 3 et 4 absorptam invenimus. Vide *ă*: Eclog. III 78

Phyllida amo VI 34 omnia et; *ĕ*: I 45 II 66 III 94, 98 V 40 VI 5 VIII 72, 76, 79, 84, 90, 94, 100, 104, 109 IX 35 X 62. Accedunt autem III 84 Polio amat III 86 Polio et IV 12 Polio et; IX 37 quidem ago. In Georg. l. I quater hoc versus loco elisum est: 1) *ĕ*: v. 163 que 230 incipe 438 quoque, 2) *ĭ*: v. 155 nisi.

In Aetna igitur carmine hoc loco elisum est semel in vv. $107^{2}/_{3}$ (= 6 ex.); in Verg. Eclogis semel in vv. $36^{1}/_{23}$ (23 ex.), in Georg. l. I semel in vv. $128^{1}/_{2}$ (4 ex.).

Inter moras 10 et 11: est hic locus semiquinariae; plerumque exploditur *que*. Sunt vv. 311, 389, 565, 576; 451, 552, praeterea -rĕ 406, longa syllaba 601; vide supra p. 11 sq. de caesura elisione obscurata deque F II.

In Vergilii Eclogis tantummodo *que*, *ĕ*, *atque* elisum est: *que*: II 11 VI 32 III 74 (ipse) X 45 (atque). Etiam in Georg. l. I plerumque brevis *ĕ* in loco semiquinariae exploditur: *que*: v. 110, 153, 164, 185, 352, 465; *atque*: v. 40, 88, 100, 143, 209; *-rĕ*: v. 145; praeterea v. 422 ille; syllabae ancipites: v. 257, 340.

Itaque inter moras 10 et 11 in Aetna carmine eliditur semel in vv. $80^{3}/_{4}$ (8 ex.); in Verg. Eclogis semel in vv. $207^{1}/_{4}$ (4 ex.), in Georg. l. I semel in vv. $34^{4}/_{15}$ (15 ex.).

Inter moras 2 et 3: hoc loco uberiora sunt exempla (22): 1) vocales breves elisae: in F I: v. 60 atque in 78 atque inter 127 atque inopinatos 165 quippe ubi 220 unde ipsi 290 sive introrsus 317 atque haec 394 atque hanc 445 atque haec 456 ille ubi 473 atque aperit 491 ipsa adiutat; in F III: v. 115 atque igni 136 atque oculis 162 namque illis 253 quaeque in; 2) syllabae ancipites explosae: in F I: v. 159 tantum opus 216 verum opus 257 tantum opus 599 iam illa (adulterina lectio; Hauptius pro „illa“ coniecit „mille“); praeterea v. 479 verum ubi; 3) syllabae longae unum exemplum: v. 194 illi operi.

In Eclogis hoc loco elisiones reperiuntur hae: 1) breves vocales elisae sunt: *ĕ*: I 7, 12 II 29, 51 III 91, 97 IV 11, 36 V 6 VIII 7, 78 IX 9 X 13, 35; *ă*: X 45; 2) syllabae ancipites: I 24 II 3, 25, 31 III 35, 43, 47, 49, 73, 101 V 13, 52 VII 41 IX 26 X 40; 3) longae vocales explosae sunt hisce locis: II 71 tu aliquid V 9 si idem, 58 ergo alacris VII 27 si ultra VIII 81 uno eodemque IX 7 certe equidem, 22 te ad X 50 ibo et. In Georg. l. I haec exempla adsunt: 1) breves absorptae: *ĕ*: v. 24, 63, 84, 86, 203, 250, 265, 268, 273, 312, 316, 322, 351, 366, 407, 441, 466, 505; *ă*: v. 287; 2) ancipites: v. 94, 107, 417; 3) longae: v. 172 binae 225 multi 489 ergo.

Elisum igitur hoc loco in Aetna carmine semel in vv. $29^{4}/_{11}$ (22 ex.); in Verg. Eclogis semel in vv. fere $21^{5}/_{6}$ (38 ex.), in Georg. l. I semel in vv. fere $20^{3}/_{5}$ (25 ex.); sed, quod urgueo, longae elisae quas Verg. admisit, in Aetnae multo rariores sunt.

Inter moras 4 et 5: altera arsis hexametri ut omnibus poetis ita auctori Aetnae quoque apta visa est, qua vocales ex pedis prioris spatio exundantes absorberentur. Elisum est his locis (50): 1) breves vocales absorbentur: in F I: v. 33 neque extremas 35 neque artificium 88 coniugia et 94 quacumque immensus 99 tota errantes 103 maria ac 120 ille ex 121 confluvia errantes 125 direpta in 131 conserta in 160 patula in 196 sine arbitrio 229 principia occasus 230 firma aeterno 268 dura et 271 horreaque ut (sic tradit cod. G) 297 carmineque irriguo 305 elisa in 310 provehere ingenti 318 plura efficiant 466 parere et (corrupta lectio, quam Sudhausius haud scio an recte mutaverit in „par rere; e“ cf. supra p. 10) 523 ultraque ut 578 gemina ex 602 tanta humanis 608 evecta in. Adde v. 311 diffugere impellique 389 materia appositumque 406 patere extorquere; 2) syllabae ancipites: exeunt syllabae transfluentes in *m* atque sequitur a) polysyllabum: v. 114 etiam inclusi 174 venturam antiqui 299 tenuem impellens 347 praesertim ipsa 446 furtim adgereret 457 materiam accendit 527 etiam externam 610 nitidum obscura, b) sequitur *et* vel aliud monosyllabum: v. 19 impositam et 45 imperium et 96 totum et 219 quoniam in 513 materiam ut 541 nimium hoc; 3) longae: in F I: v. 107 crebro introrsus (Sudhausius miro errore scripsit „creber“, quod metro repugnat; scilicet prior syllaba vocabuli „creber“ longa est) 163 sese introitu 366 implicitae h(a)ec 467 subito effervent 481 veluti in fornace 503 solido inflexa 615 vero ut; in F III: v. 212 causae expectanda (sic tradit cod. G, in ceteris codd. legitur „causa expectata“).

Elisiones inter moras 4 et 5 etiam in Verg. Eclogis non rarae sunt. 1) Atque breves quidem vocales absorptae inveniuntur: Eclog. I 20, 58 III 18, 46 IV 27, 48 V 43 VI 2, 51 VIII 86 X 7, 9; 2) syllabae ancipites a) polysyllabo sequente: Eclog. I 11 III 2, 69, 78, 108 IV 58, 59 VI 15, 47, 52 VII 8 VIII 7, 91 IX 7, b) *et* vel alio monosyllabo sequente: *et*: I 65 II 48 VIII 82 IX 9, 37; praeterea: I 16 II 35, 43 IV 36 VI 55 VII 31 VIII 73 X 1, 35; 3) longae: Eclog. I 63 II 25, 31, 49 III 13, 28, 49, 78 V 69 VI 27 VII 69 VIII 20, 41. Sunt 53 exempla. In Verg. Georg. l. I haec exstant exempla: 1) breves elisae: *ĕ*: v. 5, 9, 14, 42, 46, 86, 222, 225, 301, 394, 406, 426, 433, 457, 468, 497; *ă*: v. 25, 59, 83, 315, 317, 325, 334, 389, 449, 494, 495; 2) ancipites a) polysyllabo sequente: v. 70, 114, 115, 122, 158, 186, 221, 235, 320, 322, 382, 428, 450, 466, 480, 500, b) *et* vel alio monosyllabo sequente: *et*: v. 134, 140, 160, 170, 492; praeterea: v. 20, 275, 378, 398, 416, 435; 3) longae: v. 45, 60, 101, 169, 181, 254, 324, 387, 413, 437, 454, 498.

Itaque inter moras 4 et 5 in Aetna carmine vocalis vel syllaba explosa invenitur semel in vv. fere 13; in Verg. Eclogis semel in vv. fere $15^2/_3$, in Georg. l. I semel in vv. fere $7^{13}/_{17}$ (66 ex.).

Inter moras 14 et 15: neque hoc loco elisiones raro inveniuntur. Cum auctor Aetnaei carminis quartum pedem multo frequentius spondeo quam dactylo expleverit, moras 15 et 16 saepius una longa syllaba efficit. Itaque vocales hoc loco elisae rarius in breves transeunt. Elisum 38 locis: 1) breves vocales: atque primum quidem *que* ante brevem syllabam semel eliditur v. 120 vocemque agat (Sudhausius scripsit „quocumque" id quod mihi quoque in mentem venit); at idem *que* ante longam multo saepius: in F I: v. 30 tumidisque e 113 furtimque obstantia 138 densaque abscondita 182 penitusque exaestuat (sic cod. G tradit) 226 dubiasque exquirere 306 tutaque in 348 validoque absolveret (Sudhausius scripsit „valido quae absolveret", de qua coniectura vide infra) 369 repetantque in 522 eademque et 548 similique obnoxia 632 mediumque exire 638 laevaque in; in F III: v. 227 caputque attollere. Item *ve*: v. 20 sparsumve in. Accedunt formae in — *ŕĕ* exeuntes: v. 80 stravere in (conieci „stravere novem"; vide infra); 257 transire ac; in *ă* cadentes: v. 38 numerosa in 157 conferta immobilis 460 vicina incendia 467 onerosa incendia 487 sena in 500 prima ut 597 subiecta altaria 624 parsura incendia 629 posuisse in (coniectura Scaligeri pro inepta lectione „posuissent"); 2) syllabae deflexae in *m*, semper longa sequente: v 133 iam incondita 207 saxorum et 235 signorum et 265 glebarum expendimus 302 ventorum existere 373 ventorum examina 445 quondam extincta; 3) longae: quattuor locis: in F I: v. 86 alieno admittere 438 si accenditur 453 manifesto ut; adde 576 alieno intersumus; in F V: v. 338 ullo intercipit. Admoneo hoc versus loco i. e. inter moras 14 et 15 nunquam diphthongum elisam esse.

In Verg. Eclogis inter moras 14 et 15 hae elisiones exstant: 1) breves vocales absorptae sunt duobus locis: Eclog. V 43 usque ad VI 83 iussitque ediscere; 2) syllabae ancipites, semper longa sequente: Eclog. II 23 VII 6, 25 VIII 23, 39; 3) longae: Eclog. I 40, 53 III 37, 70 IV 33 VI 64. Sunt 13 exempla. In Georg. l. I inter moras 14 et 15 hisce locis elisum est; 1) breves syllabae: *que*: v. 2, 52, 151, 220, 342; *atque*: v. 55; nĕ: v. 25; 2) ancipites, semper longa sequente: v. 99, 135, 191, 213, 230, 282, 316, 328, 391, 420, 471; 3) longae: v. 64, 133, 178, 205, 236, 244, 271, 291, 311, 367.

In Aetna igitur carmine semel hoc versus loco eliditur in vv. fere $19^{2}/_{3}$ (38 ex.); in Verg. Eclogis semel in vv. $63^{10}/_{13}$, in Georg. l. I semel in vv. $18^{5}/_{14}$ (28 ex.).

Inter moras 12 et 13. Exstant haec exempla: in F I: v. 110 sive illi 243 quave Hesperus 287 atque hinc 501 atque ipso 575 ille impiger; adde 133 qua et iam. Syllabae ancipites ter in monosyllabum traducuntur; in F I: v. 139 vastum et („chaos vastum et" lectio est codicis G; praeferenda tamen videtur scriptura ceterorum codd. „procul chaos ac") 642 tandem

et; in F III: v. 518 suam et; adde v. 533 iam ipso. Longa vocalis semel eliditur: v. 251 animi ac. Sunt 11 loci.

In Vergilii Eclogis inter moras 12 et 13 plerumque brevis vocalis elisa est: vide *ă*: I 39 VI 60; *ĕ*: III 35, 93 V 35 VIII 13, 64, 74 X 12, 23; *ŏ*: VIII 83 IX 65. Syllabae ancipites bis in monosyllabum, semel in polysyllabum traducuntur: Eclog. II 4 ibi haec II 54 carpam et; V 27 etiam ingemuisse. Longa vocalis ter elisa: II 73 te hic VI 59 viridi aut VIII 97 fieri aut. Sunt 18 loci. In Georg. l I haec invenies exempla: 1) breves explosae: *ĕ*: v. 12, 87, 372, 432, 514; *ă*: v. 4, 445; *ŏ*: v. 419; 2) ancipites, polysyllabo sequente: v. 155, 170, 228, 268, 359, 373, sequente monosyllabo *et*: v. 26, 53, 184, 212, 238, *ab*: v. 319; 3) longae: v. 55, 211, 304, 326, 330, 333, 365, 446, 454, 476, 484, 512.

Hoc igitur versus loco in Aetna carmine semel eliditur in vv. $58^{8}/_{11}$; in Vergilii Eclogis semel in versibus $46^{1}/_{18}$, in Georg. l. I semel in vv. $16^{1}/_{16}$ (32 ex.).

Inter moras 16 et 17. Exceptis quattuor locis poeta hoc loco ante quintam arsin synaloepha usus est ea lege, ut moras 15 et 16 una syllaba longa expleret. Exstant 21 exempla: 1) breves: *que* eliditur in F I: v. 104 deseditque infima 187 tantarumque area 370 mendacemque exue 529 perque omnia 550 praeclususque ignibus; *atque*: in F I: v. 66 atque impius 412 atque evomit; praeterea v. 406 atque exue; in F III: v. 519 atque irrita; *namque*: in F I: v. 96 namque omnis; in F III: v. 625 namque optima. Accedunt in F I: v. 360 ille impetus, in F III: v. 115 sive omnia. Excipienda exempla duo: in F I: v. 82 tuaque Aeace 513 fluere igne; 2) ancipites: in F I: v. 142 tantum effugit 405 circum inice; in F III: v. 507 verum impetus. Excipienda exempla duo haec: in F I: v. 454 lapidem esse 491 facilesque sibi induit; 3) longa semel hoc loco in sequentem longam syllabam transfluxit; vide v. 285 in se abstrahat. In elisione longi monosyllabi vix offendendum erit; est enim lenior ea re quod illud *se* cum vocula praecedente unam vocem efficit. cf. paulo infra Vergilii exempla („sese“, „non me“).

Etiam in Vergilii Eclogis plerumque, si inter moras 16 et 17 elisum est, morae 15 et 16 una syllaba longa explentur. Bis Vergilius hanc legem neglexit. Quae exceptiones sunt: IX 36 strepere anser; IV 35 etiam altera. Cetera exempla sunt haec: 1) brevis vocalis absorpta: ubique *ĕ*: I 73 II 62 IV 56 V 90 VIII 23 X 37; 2) ancipites syllabae: Eclog. II 71 IX 37; 3) longa bis in longam syllabam transit: Eclog. VI 57 sese obvia X 56 non me ulla. In Georg. l. I excepto v. 210 (serite), syllabis ibidem elisis semper longa anteit. Praeter illud afferenda sunt haec exempla: 1) breves vocales: *atque*: v. 99, 148, 182, 236, 338; praeterea v. 240 que 443 namque, 181 saepe 289 nocte; 2) ancipites syllabae v. 233, 323; longa sequente longa: v. 383 (quae Asia).

Itaque inter moras 16 et 17 in Aetna carmine semel eliditur in vv. fere $30^4/_5$; in Verg. Eclog. semel in vv. $69^1/_{12}$, in Georg. l. I semel in vv. $39^7/_{13}$.

Inter moras 6 et 7: Rarius hoc loco elisum est, plerumque vero mutum *e* breve. Id *que* semel quidem in brevem incidit: v. 415 cunctanterque eadem; idem *que* in longam transfluit in F I: v. 284 introitusque ipsi v. 499 paulatimque ignes; in F III: v. 241 autumnoque obrepit 322 quaterque exhausta. Praeterea elisiones inveniuntur hae: exploditur *atque*: v. 331 atque isdem 409 atque hausit 422 atque iterum 572 atque avidi; — *rĕ*: v. 242 scire Helices 557 sustentare opibus; adde v. 312 humore etiam 327 quacumque iter 617 ille arma. Semel longa vocalis elisa: v. 473 se hostis (15 exempla).

In Vergilii Eclogis elisum est inter moras 6 et 7 his 15 locis: 1) breves absorptae: *que*: VIII 65, 81; *atque*: II 49 VI 68; *ĕ*: III 78, 95 VII 8 VIII 98 X 21; 2) ancipites syllabae: I 24 X 14, 60; 3) longae vocales: II 43 a me illos III 25 tu illum 65 sese offert. In Georg. l. I hoc versus loco undecies eliditur: 1) brevis vocalis: *atque*: v. 186, 282, 364, 504; — *rĕ*: v. 391, 464; praeterea v. 21 que 267 torrete 464 ille; 2) anceps syllaba: v. 469; 3) longa: v. 193.

Itaque inter moras 6 et 7 in Aetna carmine semel elisum est in vv. $43^1/_{15}$ (= 15 ex.); in Verg. Eclogis semel in vv. $55^4/_{15}$ (= 15 ex.), in Georg. l. I semel in vv. $46^8/_{11}$ (11 ex.).

Inter moras 8 et 9: In F I: elisiones huius loci plerumque voce *et* excipiuntur: 1) breves elisae: v. 31 ruere et; 571 maria et („maria" coniecit A. de Rooy pro codd. lectione „materia") 617 arma et; 2) ancipites: v. 231 modum et 415 eadem et 547 pretium et; 3) longae: v. 301 angusto et. In monosyllabum *aut* transeunt: 189 parvo aut 570 hominum aut; in *ut*: v. 508 quondam ut; in monosyllabum *in*: v. 258 miseri in 354 adeo in; praeterea in F II: v. 178 me occultas 451 latera atque 531 furere accensos; in F III: v. 469 atque atra; adde v. 188 artificem incendi 479 paulatimque exiluit. Sunt 18 exempla.

Etiam in Vergilii Eclogis vocalis vel syllaba elisa saepe in monosyllabum transfluxit. Atque in *et* quidem 1) breves transeunt hisce locis: V 42 VIII 78; 2) ancipites: I 78 V 37 VI 35; 3) longae: V 14. In *aut* transeunt: III 25 VIII 44; in monosyllabum *in*: I 15 silice in 1 III 26 non tu in III 55 quandoquidem in. Accedunt I 13 ago hanc III 29 ego hanc VIII 40 poteram ab 60 extremum hoc 95 atque haec. Polysyllabo excipiuntur vocales vel syllabae elisae his locis Eclogarum: II 9 III 10, 43, 44, 47, 74 IV 15 V 23, 48 VII 14 X 45. Sunt 27 exempla. In Georg. l. I inter moras 8 et 9 tricies sexies elisum est; octies decies vocales vel syllabae explosae monosyllabo excipiuntur: 1) breves elisae: *ă*: v. 100, 173, *ă* transfluens in *et*: v. 513; — *re*: v. 200

(in *ac*), 213 (in *et*); praeterea v. 399; 2) syllabae ancipites a) transeuntes in monosyllabum: in *et*: v. 154, 188, 368, 392, 499; in voculam *in* v. 159, 219; praeterea v. 126, 263 (in *aut*), 424 (in *ad*), b) transeuntes in polysyllabum: v. 40, 81, 88, 106, 119, 320, 505; 3) longae a) transfluentes in monosyllabum: in *et*: v. 149, 179, 197, 216, 359, b) transfluentes in polysyllabum: v. 46, 167, 172, 196, 201, 209, 255, 300.

Hoc igitur versus loco in Aetna carmine semel eliditur in vv. $35^{8}/_{9}$; in Verg. Eclogis semel in vv. fere $30^{2}/_{3}$, in Georg. l. I semel in vv. $14^{5}/_{18}$.

Addam id quod Aetna ignorat, unum Verg. Eclogarum versum vocabulo eliso incipere; cf. v. III 48 si ad vitulam spectas, nihil est quod pocula laudes; denique unum versum hypermetrum exstare Georg. l. I 295.

10.

Iam de elisionibus, quae in duobus pedibus quibus hexametri terminantur extant pauca dicenda sunt. In elisiones horum pedum hexametri inquisivit Eskuchius commentatione quae inscribitur: „Die Elisionen in den 2 letzten Füssen des lateinischen Hexameters von Ennius bis Walahfridus Strabo“ (cf. Rhein. Mus. fuer Philol. tom. 45). Ad has elisiones recte distinguendas Eskuchius hexametros in quattuor formas divisit. Atque formam I quidem adesse dicit, si post quintam arsin, formam II, si post quintum trochaeum, formam III, si post quintum dactylum, formam IV, si post sextam arsin elisum sit. Idem deinde numeros collectos per tabellas composuit. cf. l. l. p. 393 sqq.

Ex his tabellis nonnullos numeros afferre non inutile est. Forma I — / ⏑ ⏑ — ⏑ adest i. e. post quintam arsin elisiones inveniuntur apud Vergilium 30 inter vv. 12 856: a) breves elisae 28, b) longa 1 (Georg. I 63), c) anceps syllaba 1 (Aen. VI 11); in Ciri 2 brevium vocalium inter vv. 541; apud Ovidium 5 inter vv. 22 114: a) breves absorptae 4, b) longa 1 (Met. VII 172); apud Manilium 1 brevis vocalis inter vv. 4258; in Aetna 1 brevis vocalis inter vv. 646; apud Valerium Flaccum 9 brevium vocalium inter vv. 5589.[1])

Exemplum, quod in Aetna exstat, est v. 98 utque animanti. In Verg. Eclogis haec: VII 7 atque ego IX 51 saepe ego (cf. Eskuche l. l. pp. 242, 244).

Forma II — ⏑ / ⏑ — ⏑ adest i. e. post quintum trochaeum elisiones exstant apud Vergilium 118 inter vv. 12 856: a) breves transfluunt 114, b) ancipites syllabae 4 (Aen. I 599 II 325 III 109 VI 64); in Culice 3 brevium voc. inter vv. 413; in Ciri 4 brevium voc. inter vv. 541; in Copa 1 brevis vocalis inter vv. 19; Catalepton XI: 2 brevium voc. inter vv. 63; apud Ovidium 83 inter vv. 22 114: a) breves transeunt 81, b) ancipites syll. 2 (Am. III 601, Met. VI

1) cf. Eskuche l. l. p. 393 sqq.

524); apud. Manilium 37 inter vv. 4258: a) breves elisae 36, b) anceps syll. 1 (Astron. V 735); in Aetna 4 brevium voc. inter vv. 646; apud Val. Flaccum 31 brevium voc. inter vv. 5589.[1])

Exempla in Aetna carmine sunt haec: v. 469 examina arenae 33 dimittere in artes 119 mergere hiatu 376 luctamine ab imo.

In Verg. Eclogis unum huius modi exemplum invenitur, quod brevem *a* elisam praebet; vide VII 14 Phyllida habebam (cf. Eskuche l. l. pp. 250, 253). Praeterea hoc loco sexies brevis vocalis *e* elisa. cf. Verg. Eclog. II 30 IV 11 V 6 VI 76 VIII 92 X 53.

Forma III — ⏑ ⏑ / — ⏑ adest i. e. post quintum dactylum elisiones admissae sunt apud Vergilium 20 in vv. 12 856: a) breves absorptae 18, b) longa 1 (Aen. XII 26), c) anceps syllaba 1 (Aen. X 508); in Ciri 1 brevis vocalis in vv. 541; apud Ovidium 20 brevium voc. in vv. 22 114; apud Lucanum 11 brevium voc. in vv. 8060; in Aetna 4 brevium voc. in vv. 646; apud Val. Flaccum 3 brevium voc. in vv. 5589.[2])

Exempla formae III ex Aetna afferenda sunt: 154 cessantiaque urget 183 discordiaque ingens 193 custodiaque ignis 206 omniaque extra cf. Eskuche l. l. p. 386 et 387.

In Verg. Eclog. unum exemplum: v. V 25 neque amnem.

Forma IV — ⏑ ⏑ — / ⏑ raro invenitur; neque in Aetna carmine neque in Vergilii Eclogis exstat.

Denique Eskuchius (cf. l. l. p. 415 sqq.) quartam tabellam proponit, qua in quotenos versus singula quattuor formarum exempla distribuenda sint indicet. Aphaereseon numeros uncis inclusit. Ex hac tabella nonnullos numeros hoc loco afferam. Exstat apud Vergilium: F I semel in vv. 429, F II in 109, F III in 643, aphaeresis in (163); in Culice: F II in 138, aphaeresis in (413); in Ciri: F I in 271, F II in 108, F III in 541, aphaeresis in (180); in Copa: F II in 19; Catalepton XI: F II in 32; apud Horatium: F I in 105, F II in 89, F III in 64, F IV in 466; aphaeresis in (93); apud Ovidium: F I in 4423, F II in 266, F III in 1106, aphaeresis in (75); in Halieuticis: F I in 135, F II in 135; apud Manilium: F I in 4258, F II in 109, aphaeresis in (89); in Aetna: F I in 646, F II in 161, F III in 161, aphaeresis in (36); apud Val. Flaccum: F I in 621, F II in 181, F III in 1863, aphaeresis in (508).

Itaque Aetna hac in arte et a Vergilio et ab Ovidio vel Manilio diversa est; in F I et II conferri possit Valerius Flaccus; in F III admittenda prorsus ab omnibus discrepat nisi ad Horatianam artem provocas.

11.

Transeo iam ad componenda monosyllaba in Aetna carmine elisa. Sunt haec exempla: inter moras 14 et 15: an-

1) cf. Eskuche l. l. p. 402 sq.
2) cf. l. l. p. 408 sq.

ceps monosyllabum: v. 133 iam incondita; longum: v. 438 si accenditur; inter moras 12 et 13: breve: in F I v. 133 si qua et iam; anceps: v. 553 iam ipso; inter moras 16 et 17: longum, sequente syllaba longa: v. 285 in se abstrahat; inter moras 6 et 7: longum: v. 473 se hostis; inter moras 8 et 9: longum: in F II v. 178 me occultas (= 7 ex.). Elisio monosyllabi etiam inter moras 2 et 3 adesset v. 599, nisi lectio „iam illa" corrupta esset; Hauptius scripsit „iam mille". In Georg. l. I haec monosyllaba absorpta invenies: inter moras 14 et 15: anceps: v. 391 cum ardente; inter moras 16 et 17: diphthongus: v. 383 quae Asia; inter moras 8 et 9: longum: v. 201 qui adverso; inter moras 2 et 3: anceps: v. 107 cum exustus; inter moras 4 et 5: longum: v. 413 se in (= 5 ex.).

In Vergilii Eclogis monosyllaba eliduntur hisce locis: inter moras 14 et 15: anceps monosyllabum: v. VIII 39 iam acceperat; longum: I 40 me exire; inter moras 12 et 13: longum: II 73 si te hic; inter moras 16 et 17: longum: X 56 non me ulla; inter moras 8 et 9: tribus locis; ubique longum: III 26 non tu in triviis III 10 cum me arbustum III 74 quod me ipse; inter moras 6 et 7: duobus locis; ubique longum: II 43 me illos III 25 tu illum; adde III 48 (si ad), quo loco versus ex monosyllabo eliso incipit.

Inter moras 2 et 3 auctor Aetnae elisionem monosyllabi devitavit.

Aliter Vergilius: inter moras 2 et 3: haec monosyllaba absorbentur: Eclog. II 25 sum adeo (anceps); longum: II 71 tu aliquid V 9 si idem VII 27 si ultra IX 22 te ad (= 15 exempla).

Monosyllabum igitur in Aetna carmine semel elisum in vv. $92^2/_7$ (= 7 ex.); in Verg. Eclogis semel in vv. $55^4/_{15}$ (15 ex.), in Georg. l. I semel in vv. $102^4/_5$ (5 ex.).

12.

Voces pyrrhichiacae 6 locis elisae sunt: inter moras 3 et 4: v. 586 quoque Athenarum; inter moras 4 et 5: in F I: v. 33 neque extremas 35 neque artificium 196 sine arbitrio; inter moras 14 et 15: in F. III: v. 518 suam et; inter moras 8 et 9: v. 231 modum et.

In Vergilii Eclogis multo saepius vox pyrrhichiaca in loco elisionis reperitur. Exempla sunt haec (20): inter moras 3 et 4: IX 35 neque adhuc IX 37 quidem ago X 62 neque hamadryades; inter moras 4 et 5: I 16 malum hoc I 20 ego huic III 69 locum aëriae V 43 ego in VI 2 neque erubuit VIII 82 molam et; inter moras 8 et 9: III 29 ego hanc VI 35 solum et VII 14 ego Alcippen VIII 78 modo et; inter moras 7 et 8: IV 102 neque amor VII 14 neque ego; inter moras 12 et 13: VIII 83 ego hanc IX 65 ego hoc X 12 neque Aoniae; inter moras 15 et 16: II 48 bene olentis; inter moras 20 et 21: V 25 neque amnem. In Georg. l. I voces pyrrhichiacae ter decies

explosae sunt: inter moras 3 et 4: v. 155 nisi et 438 quoque et; inter moras 4 et 5: v. 221 tibi eoae 426 neque insidiis 433 neque obtunsis 457 neque a; inter moras 8 et 9: v. 126 quidem aut 159 famem in; inter moras 12 et 13: v. 419 modo et 514 neque audit; inter moras 15 et 16: v. 469 quoque et; inter moras 20 et 21: v. 95 neque illum 347 neque ante.

Pyrrhichiaca igitur vox in Aetna carmine semel eliditur in vv. $107^{2}/_{3}$ (6 ex.); in Verg. Eclogis semel in vv. $41^{1}/_{2}$ (20 ex.), in Georg. l. I semel in vv. $39^{7}/_{13}$ (13 ex.).

13.

Longae vocales compluribus Aetnae carminis locis absorptae sunt, quas iam in unum huc colligam. Itaque monosyllaba iterum una afferam. Atque transfluunt quidem praeter unam omnes in syllabam longam (21 ex.). Inter moras 4 et 5: in F I: v. 107 crebro introrsus 163 sese introitu 467 subito effervent 503 solido inflexa 615 vero ut; inter moras 14 et 15: in F I: v. 86 alieno admittere 438 si accenditur 453 manifesto ut; adde v. 576 alieno intersumus; in F V: v. 338 ullo intercipit; inter moras 12 et 13: semel longa elisa: v. 251 animi ac; inter moras 16 et 17: v. 285 in se abstrahat; inter moras 6 et 7: v. 473 se hostis; inter moras 8 et 9: v. 301 angusto et 189 parvo aut 258 miseri in 354 adeo in; in F II: v. 178 me occultas. Longa vocalis ante brevem syllabam exploditur semel inter moras 2 et 3: v. 194 illi operi.

Diphthongus ter in Aetna carmine elisa est. Inter moras 4 et 5: v. 366 implicitae haec serpunt („ac serpunt" Wernsdorfius coniecit, quod Sudhausius recepit) 395 „infectae eripiantur aquae", quod num recte idem vir doctus defenderit dubito (cf. supra p. 13); inter moras 10 et 11: v. 601 naturae ingens. Denique etiam in v. 212 inter moras 4 et 5 diphthongus elisa esset, nisi lectio „causae expectanda" esset corrupta. Vide supra p. 12.

In Verg. Eclogis 42 locis longa vocalis elisa est. Atque transeunt vocales plerumque in longam syllabam Vide inter moras 4 et 5: I 63 II 25, 31, 49 III 13, 28, 49 V 69 VI 27 VII 69 VIII 20, 41; inter moras 14 et 15: I 40, 53 III 70 IV 33 VI 64; inter moras 12 et 13: II 73 VI 59 VIII 97; inter moras 16 et 17: VI 57 X 56; inter moras 6 et 7: II 43 III 25, 65; inter moras 8 et 9: III 10, 26, 74 V 14 VIII 44; inter moras 2 et 3: V 9, 13 VII 27 IX 22, 26, 50; initio versus III 48. In brevem syllabam transfluit longa: III 37 inter moras 14 et 15; II 71 V 58 VIII 81 IX 7 inter moras 2 et 3. In Georg. l. I longae vocales absorptae sunt hisce locis: inter moras 4 et 5: v. 45, 60, 169, 254, 387, 413, 498; inter moras 14 et 15: v. 64, 133, 178, 205, 244, 271, 291, 311, 367; inter moras 12 et 13: v. 55, 333, 365, 446, 454, 476, 512; inter moras 8 et 9: v. 46, 167, 172, 179,

196, 197, 201, 209, 216, 255, 300, 359; inter moras 2 et 3: v. 225, 489. Omnibus his locis vocales elisae in longam syllabam transeunt. In brevem syllabam transfluunt longae: inter moras 6 et 7: v. 193, inter moras 18 et 19: v. 63. Diphthongus elisa compluribus Georg. l. I locis invenitur: inter moras 4 et 5: v. 101, 181, 324, 454; inter moras 14 et 15: v. 236; inter moras 12 et 13: v. 211, 304, 326, 330, 484; inter moras 16 et 17: v. 383; inter moras 8 et 9: v. 149; inter moras 2 et 3: v. 172.

Itaque in Aetna carmine longa eliditur semel in vv. fere $30^{1}/_{5}$ (21 ex.); in Verg. Eclog. semel in vv. fere $19^{5}/_{7}$ (42 ex.), in Georg, l. I semel in vv. fere $9^{12}/_{13}$ (52 ex.).

14.

Bis in uno versu elisum est his Aetnae carminis locis: v. 33 neque extremas . . . dimittere in 82 tuaque Aeace in 96 totum et . . namque omnis 115 atque igni . . . sive omnia 120 ille ex . . quocumque agat 133 qua et iam incondita 157 pigraque et . . conferta immobilis 257 tantum opus . . transire ac 311 diffugere impellique animas 389 materia adpositumque igni 415 cunctanterque eadem et 445 atque haec . . quondam exstincta 451 latera atque imis 454 pabula et . . lapidem esse 467 subito effervent onerosa incendia 469 atque atra . . examina arenae 473 atque aperit se hostis 479 verum ubi paulatim exiluit 491 ipsa adiutat . . . sibi induit 513 materiam ut . . fluere igne 576 felicesque alieno intersumus 617 illa arma et. Sunt 22 versus.

In Vergilii Eclogis I—X binae elisiones in uno versu inveniuntur novies vicies. Sunt hi vv: I 24 II 25, 31, 43, 48, 49, 71 III 25, 35, 43, 47, 49, 74, 78 IV 11 V 6, 43 VII 8, 41 VIII 7, 23, 64, 78, 81, 82 IX 7, 9 X 35, 45. In Verg. Georg. l. I duas elisiones in uno versu tricies bis invenies: v. 25, 40, 46, 55, 63, 86, 88, 99, 100, 155, 170, 172, 181, 186, 209, 213, 225, 230, 236, 268, 282, 316, 320, 322, 359, 365, 391, 392, 454, 469, 471, 505.

In Aetna igitur unum exemplum exstat inter vv. fere $29^{1}/_{3}$; in Verg. Eclog. unum inter vv. fere $28^{3}/_{5}$, in Georg. l. I unum inter vv. $16^{1}/_{16}$.

Addam semel in Aetna carmine tres elisiones inveniri in uno versu. cf. v. 406 patere extorquere animos atque exue. Item in Georg. l. I tres elisiones in uno versu semel admissae sunt; vide v. 282. Idem accidit in Eclog. VII 14 IX 37 i. e. semel inter vv. $414^{1}/_{2}$.

15.

Es his quas institui observationibus apparere mihi videtur nonnullas coniecturas ad emendandum carmen Aetnaeum propositas reiciendas esse. Atque primum quidem Baehrensii coniectura „scenae ac“, quam proposuit ad v. 76, respuenda est. Neque enim inter moras 8 et 9 neque omnino toto carmine nisi inter moras 4

et 5 v. 366 atque inter moras 10 et 11 v. 601 diphthongus elisa esse videtur.

Neque Baehrensii coniectura „circum eat", ad v. 100 proposita, arridere potest. Hoc enim hexametri loco, i. e. inter moras 18 et 19, rarissime elisum est. Exstant duo exempla: v. 98 et 612. Utroque loco *que* absorptum est.

In v. 348 Sudhausius pro „validoque absolveret" scripsit „valido quae absolveret". Admittit igitur elisionem monosyllabi in diphthongum exeuntis; id quod omnino ignorat Aetnae ars. Neque alia monosyllaba inter moras 14 et 15 frequenter absorbentur. In Aetna haec exempla exstant: 193 iam incondita 438 si accenditur; in Verg. Eclogis: I 40 me exire VIII 39 iam acceperat; in Georg. I: v. 391 cum ardente. Quam ob rem de Sudhausii coniectura dubitare liceret, etiam si sententia illius loci sufficeret; quod disputare meum non est.

Item v. 363 coniectura Hauptii „flammae se ac flumina" pro „flammas ac" . . codd. repudianda videtur, qua probata inter moras 14 et 15 longum monosyllabum in monosyllabum transflueret. Quod neque alio Aetnae carminis loco neque in Vergilii Eclogis neque in Georgicon libro I invenitur.

v. 458. Alzinger l. l. p. 432 hunc versum sic legi vult: „Haud igitur mira est facies, quae circuitu extra". Coniecit igitur „circuitu extra" pro „cernimus extra". Num tamen tali elisione hoc hexametri loco auctor Aetnae usus sit, valde dubito. Nam ubicumque in hoc carmine inter moras 20 et 21 vocales confluunt, de sola et una vocula *que* agitur; vide v. 154, 183, 193, 206. Idem invenies in Vergilii Eclogis, ubi semel inter moras 20 et 21 vocem *neque* elisam animadvertes. cf. Eclog. V 25 neque amnem. Item in Georg. l. I inter moras 20 et 21 bis *neque* eliditur (v. 95, 347): vide supra p. 32.

v. 463. Iacobus „trahit actum uti ramis" legi vult pro codd. lectione „trahit ictaque ramis". Si hunc locum ita restitueremus, inter moras 18 et 19 syllaba anceps elideretur. At hoc hexametri loco nulla elisio nisi voculae *que* eaque bis exstat in Aetna carmine. cf. v. 98 utque animanti 612 collesque urebant (nisi forte Sudhausii coniectura „collesque ruebant" praeferenda est). Atque in Vergilii Eclogis inter moras 18 et 19 bis brevis *e* eliditur. cf. Eclog. VII 7 atque ego IX 51 saepe ego; at in Georg. I 63 ergo age. Qua de causa Jacobi coniectura falsa est. Scilicet, si probaretur, insuper correptionem iambicae vocis (ŭtĭ) agnoscere deberemus, quae ab hoc poeta nimirum prorsus aliena est. In Vergilii quidem Eclogis quater vocalis correpta est; ita tamen ubique, ut sequens vocabulum vocali incipiat. Sunt hi loci: vox iambica: III 79 vălĕ, inquit VI 44 Hylă omne; monosyllabum: II 65 o Alexi VIII 108 quĭ ămant. cf. Georg. l. I 281 Peliŏ Ossam.

v. 480. Verba tradita „saxis angusto vertice surgunt" Wernsdorfius in „saxi se angusto vertice purgans" mutari volebat. Hunc

locum si ita legeremus, elisio fieret longi monosyllabi in loco semiquinariae i. e. inter moras 10 et 11. Hoc hexametri loco in Aetna carmine plerumque vocula *que* eliditur, vide supra p. 33. Nusquam igitur longum monosyllabum explosum est. Quam ob rem equidem nolo Wernsdorfio assentiri.

Restat, ut ad v. 477 pauca dicam. Illo loco traditum est „asperior sopita es", pro quo Hauptius „aspera spurcities" coniecit. Aetnae auctor si ita scripsisset, legem positionis hoc loco neglexisset. Aliud exmplum huiusmodi in Aetna carmine non inveni. Ubicunque ante vocem litteris *sp* incipientem vocalis natura longa legitur. cf. v. 155 quod si spissa 156 sui spectacula 217 qua spiritus 466 tuto speculaberis. Atque idem in Verg. Eclogis et Georg l. I animadvertes. Vide Eclog. II 41 capreoli, sparsis III 87 qui spargat III 105 Caeli spatium V 67 novo spumantia VIII 59 aërii specula; Georg. I 158 frustra spectabis 197 multo spectata 224 anni spem. Pro certo igitur dici nequit, utrum brevis vocalis ante vocem litteris *sp* incipientem priorem vim retineat in hoc carmine an producatur. Sudhausius in contextum Aetnae recepit „sopito et", quod Maehlius pro „sopita es et" commendaverat. Si haec coniectura probanda esset, in loco semiquinariae longa vocalis in monosyllabum transflueret. Vix autem credi potest auctorem Aetnae talem versum finxisse. Vide supra p. 33.

16.
Prosodiaca.

Haec paucis perstringam. De duobus locis pauca dicenda. In codd. v. 291 Aetnae carminis sic traditur: „seu fortė flexere caput tergoque feruntur". Si lectio codd. retinenda est, auctor Aetnae hic brevem vocalem *e* verbi „forte" pro longa usurpavit ante vocem litteris *fl* incipientem. Sed cum rarius fiat, ut brevis vocalis finalis pro longa usurpetur ante positionem debilem, viri docti in verbis „fortė flexere" offenderunt. Jacobus „inflexere", Munro „hi flexere", Baehrensius „erexere", Wagler (cf. l. l. p. 79) „furtim flexere" legendum proposuerunt. Attamen tradita lectio servanda videtur. Etenim ab aliis quoque poetis in alterius pedis arsi brevis vocalis finalis producta est, etiamsi sequens vox ex littera muta cum liquida incipit. cf. Verg. Eclog. IV 51 terras quė tractusque Georg. I 153 lappae quė tribolique 164 tribula quė traheaeque 352 aestus quė pluviasque. Adde Tibull. I 6, 34 (servarė frustra), quem locum Sudhausius l. l. p. 144 bene confert.

Iam ad versum 471 transeo. Qui incipit verbis „pars lapidum domita". Patet ultimam syllabam verbi „domita" vice longae syllabae fungi. Raro sane ante vocem litteris *st* incipientem brevis vocalis producta invenitur. Tamen in tradito vocabulo „domita" nihil videtur mutandum. Nam in loco semiquinariae poeta lege metrica liberius usus esse dicendus est excusaturque ea re quod brevis vocalis *a* in arsin tertii pedis incidit. Sic etiam

in v. 522 trochaica vox „constat", pro spondeo habita est. Itaque sufficiant hac in re quae supra p. 11 disputavi. Denique coniecturae Munronis „domitast", Hauptii „domitae", Baehrensii „domiti" supervacaneae videntur esse.

17.

Ad artem metricam qua auctor Aetnae carminis usus sit melius illustrandam, in fine huius disputationis per tabellas componam, quae differentia artis metricae intersit inter Aetnam et Vergilii Georgicon librum primum.

I. Georgica superantur ab Aetna hisce in rebus:

1. Forma II exstat in Aetna semel in vv. $80^{3}/_{4}$, in Georg. I in vv. $36^{5}/_{7}$; F II : F III in Aetna 1 : $10^{7}/_{8}$, 1 : $3^{2}/_{7}$ in Georg. I.

2. Voces dactylicae aut in dactylum exeuntes in IV pede adsunt in Aetna semel in vv. fere $15^{2}/_{5}$, in Georg. I semel in vv. fere 12.

3. Vox amphibrevis in V metri sede exstat in Aetna semel in vv. fere 316, in Georg. I in vv. $171^{1}/_{2}$.

4. Duo disyllaba in fine versus leguntur in Aetna semel in vv. 323, in Georg. I in vv. $85^{2}/_{3}$.

5. Quadrisyllabum in fine versus reperitur in Aetna semel in vv. 646, in Georg. I in vv. 257.

6. In loco bucolicae caesurae distinguitur in Aetna semel in vv. $80^{3}/_{4}$, in Georg. I in vv. $42^{5}/_{6}$.

7. Pungitur post V trochaeum: in Aetna semel in vv. $107^{2}/_{3}$; in Georg. I in vv. $85^{2}/_{3}$.

8. Hiatus admittitur in Aetna semel in vv. 646, in Georg. I semel in vv. $85^{2}/_{3}$.

9. Eliditur inter moras 19 et 20: in Aetna semel in vv. $129^{1}/_{5}$, in Georg. I in vv. $102^{4}/_{5}$.

10. Eliditur inter moras 10 et 11: in Aetna semel in vv. $80^{3}/_{4}$, in Georg. I in vv. $34^{4}/_{15}$.

11. Eliditur inter moras 2 et 3: in Aetna semel in vv. $29^{4}/_{11}$, in Georg. I in vv. $20^{3}/_{5}$.

12. Eliditur inter moras 4 et 5: in Aetna semel in vv. fere 13, in Georg. I in vv. fere $7^{13}/_{17}$.

13. Eliditur inter moras 12 et 13: in Aetna semel in vv. $58^{8}/_{11}$, in Georg. I in vv. $16^{1}/_{16}$.

14. Eliditur inter moras 8 et 9: in Aetna semel in vv. $35^{8}/_{9}$, in Georg. I in vv. $14^{5}/_{18}$.

15. Vox pyrrhichiaca eliditur: in Aetna semel in vv. $107^{2}/_{3}$, in Georg. I in vv. $39^{7}/_{13}$.

16. Longa eliditur: in Aetna semel in vv. fere $30^{4}/_{5}$, in Georg. I in vv. fere $9^{12}/_{13}$.

17. Bis in uno versu eliditur: in Aetna semel in vv. fere $29^{1}/_{2}$, in Georg. I in vv. $16^{1}/_{16}$.

II. Aetna inferior Georgicon libro primo est his in rebus:

1. Monosyllabum ante semiseptenariam reperitur: in Aetna semel in vv. $17^{2}/_{5}$, in Georg. I in vv. 23.

2. Vox spondiaca in pede primo legitur: in Aetna semel in vv. fere $19^{3}/_{4}$, in Georg. I in vv. $25^{7}/_{10}$.

3. Post IV trochaeum inciditur: in Aetna semel in vv. $49^{9}/_{13}$, in Georg. I in vv. fere $22^{1}/_{3}$.

4 Vox spondiaca antecedente monosyllabo inter penthemimeren et caesuram bucolicam invenitur: in Aetna semel in vv. $16^{3}/_{4}$, in Georg. I in vv. $40^{6}/_{11}$.

5. Vox amphibrevis in II versus sede legitur: in Aetna semel in vv. fere 79, in Georg. I in vv. 171.

6. Monosyllabum in clausula versus invenitur: in Aetna semel in vv. fere $22^{1}/_{4}$, in Georg. l. I in vv. $102^{4}/_{5}$.

7. Versus toti dactylici leguntur: in Aetna semel in vv. $129^{1}{}_{5}$, in Georg. I in vv. $42^{5}/_{6}$.

8. Ante pedem VI pungitur in Aetna semel in vv. 38, in Georg. I in vv. 257.

9. Aphaeresis occurrit: in Aetna semel in vv. $11^{1}/_{3}$, in Georg. I in vv. 257.

10. Eliditur inter moras 18 et 19: in Aetna semel in vv. 323, in Georg. I in vv. 514.

11. Eliditur inter moras 20 et 21: in Aetna semel in vv. $161^{1}/_{2}$, in Georg. I in vv. 257.

12. Eliditur inter moras 3 et 4: in Aetna semel in vv. $107^{2}/_{3}$, in Georg. I in vv. $128^{1}/_{2}$.

13. Eliditur inter moras 16 et 17: in Aetna semel in vv. fere $30^{4}/_{5}$, in Georg. I in vv. $39^{7}/_{13}$.

14 Monosyllabum elisum est: in Aetna semel in vv. $92^{2}/_{7}$, in Georg. I in vv. $102^{4}/_{5}$.

III. Aetna pari fere loco est cum Georgicon libro primo hisce in rebus:

1. Hexameter tripartitus in Aetna semel exstat in vv. fere $6^{7}/_{12}$, in Georg. I in vv. $7^{7}/_{10}$.

2. Monosyllabum ante semiquinariam legitur in Aetna semel in vv. $11^{1}/_{6}$, in Georg. I in vv. fere $12^{5}/_{7}$.

3. Vox spondiaca vel molossica ante caesuram bucolicam occurrit in Aetna semel in vv. fere $7^{7}/_{10}$, in Georg. I in vv. fere 8.

4. Pes primus voce dactylica expletur in Aetna semel in vv. fere $5^{3}/_{4}$, in Georg. I in vv. fere $6^{6}/_{7}$.

5. Vox molossica inter penth. et caesuram bucolicam invenitur in Aetna semel in vv. fere $10^{3}/_{4}$, in Georg. I in vv. fere $10^{6}/_{7}$.

6. Spondiaca vox sequente monosyllabo inter penth. et caes. buc. occurrit in Aetna semel in vv. fere $11^{3}/_{8}$, in Georg. I in vv. fere $10^{4}/_{11}$.

7. Versus spondiacus legitur in Aetna semel in vv. 646, in Georg. I in vv. 514.

8. Versus usque ad V arsin toti spondiaci exstant in Aetna semel in vv. fere $19^{6}/_{11}$, in Georg. I in vv. fere $17^{1}/_{8}$.

9. Sententiarum asyndeton post pedem II dactylicum invenitur in Aetna semel in vv. $215^{1}/_{3}$, in Georg. I in vv. 257.

10. Sent. asyndeton post III trochaeum reperitur in Aetna semel in vv. $215^{1}/_{3}$, in Georg. I in vv. 257.

11. Sent. asyndeton post IV trochaeum neque in Aetna neque apud Vergilium invenies.

12. Item sent. asyndeton post V hexametri arsin neque in Aetna neque apud Vergilium reperitur.

13. Sent. asyndeton post pedem III spondiacum in Aetna nusquam, in Georgicis semel tantummodo (Georg. IV 532) invenitur.

14. Eliditur inter moras 14 et 15: in Aetna semel in vv. fere $19^{2}/_{3}$, in Georg. in vv. $18^{5}/_{14}$.

15. Eliditur inter 6 et 7: in Aetna semel in vv. $43^{1}/_{15}$, in Georg. I in vv. $46^{8}/_{11}$.

16. Ter in uno versu elisum in Aetna semel in vv. 646, in Georg. I in vv. 514.

Iam vero ut summam faciam, si quis accuratius quae modo composui examinaverit, fatebitur in pluribus et gravioribus rebus metricis Georgica ab Aetna exsuperari; premenda enim sunt quae posui in tabula I maxime sub numeris 1, 3, 4, 6, 8, 10, 13, 14, 15, 16, 17; contra superiora Georgica non evadunt nisi fere in tabellae II locis 3, 4, 6, 7, 8, 9, 11; nam hi soli alicuius momenti esse videri possunt. Itaque post Georgica scriptam esse Aetnam quod statuerunt ipsa hexametrorum arte observata confirmari vides. Sudhausius vero quod statuit p. 82 carmen hoc haud multo post Vergilii Georgica conditum esse, ego non diiudicabo antea quam Manilius Lucanus similesve poetae eadem qua hic usus sum ratione examinati erunt.

Appendix.

vv. 18 sq.

Quis non Argolico deflevit Pergamon igni Inpositam..

Pro tradito verbo „inpositam“ Hauptius (cf. Opusc. II p. 32) scribendum esse censebat „ambustam.“ Munro ante v. 19 versum excidisse putat, cum Iacobus „inpositam“ non cum verbis superioribus coniungendum, sed ad ea quae sequantur, referendum esse censeat. Baehrensius et Sudhausius traditam lectionem in verborum contextum receperunt, Alzinger l. l. p. 423 „incensam“ pro „inpositam“ coniecit. Sine dubio „inpositam“ ad „Pergamon“ in v. 18 referendum est, atque poeta hoc loco „Pergamon igni inpositam“ dicit pro „Pergamo ignem impositum.“ De hoc dicendi genere conferatur Claudian. Panegyr. Theod. 10 sqq. „Te (sc Theodorum) quoque naturae sacris mundique vacantem, emeritum pridem desudatisque remotum iudiciis eadem rursum complexa potestas evehit et reducem notis imponit habenis“; id est: notas habenas reduci imponit. Poeta igitur figura, quae nominatur hypallage, hoc loco usus est. cf. de hypallage Claudian. carm. rec. Birt, Berol. 1892 p. CCXXV (= Mon. Germ. hist. Tom. X), ubi complura exempla afferuntur.

vv. 50 sqq.

Iam coacervatas nituntur scandere moles, Impius et miles metuentia comminus astra Provocat, infestus cunctos ad proelia divos Provocat admotisque tertia sidera signis Iuppiter e c(a)elo („etelo“ S) metuit dextramque coruscam Armatus flamma removet caligine mundum.

In codd. deterioribus pro „e c(a)elo“ („etelo“ S) in v. 54 legitur „a caelo“, et pro „dextramque coruscam“ in cod. H et deterior. exstat „dextraque coruscam“. Pro „armatus flamma“ v. 55 cod. H et deteriores tradunt „admotus flammam“. Wassenbergius (v. 54) „in caelo“, Bormansius „et caelo“ coniecit, cum Munro „en caelo“ scriberet. De Baehrensii lectionibus vide Alzingeri p. 423 sq.

Alzinger ipse hunc versum ita restituendum esse putat: „Iuppiter en caelo metuit dextramque coruscam". Mihi vero Bormansius recte scripsisse videtur „et caelo". Etenim sententia v. 54 haec est: „Iuppiter, postquam atrox proelium exortum est, timet, ne infesti Gigantes etiam in caelum impetum faciant." Nullo modo igitur in vocabulo „metuit" offendendum est, cum pondus in verbo „caelo" insit. Neque in ea re, quod „et" altero loco positum est, haerebis. Id saepius in hoc carmine invenitur. cf. vv 23 („quidquid et"), 51 („impius et"), 84 („quidquid et"), 140 („cernis et"). Ante vocabulum „Iuppiter" interpungendum est. Pro tradito „dextramque" Baehrensius recipit „iamque". Mihi vero lectio codd. „dextramque coruscam" (CS), „dextraque coruscam" (H et codd. deteriores) in „dextramque corusca" mutanda videtur, nam dextram ita demum *coruscam* nominare liceret, si Iuppiter statim fulmen e manu emitteret; at cf. v. 63 sq. Ad verba „corusca . . flamma" conferatur Verg. Aen. II 172 arsere coruscae luminibus flammae arrectis. Pro tradito verbo „armatus" in v. 55 Baehrensius inepte „orbatus" scripsit. Etenim tantum abest, ut Iuppiter „orbatus flamma" sit, ut in vv. 63 sq. „fulmine" cum Gigantibus pugnet. Alzinger l. l. p. 424 confert v. 560 „vel quali Iuppiter ipse armatus flamma est". In v. 53 Hauptii emendatio (Opusc. II p. 29) „admotis ad territa sideras signis" propius accedit ad optimorum codd. CS lectionem eoque multo probabilior est quam Baehrensii „admotis qua pervia sidera signis" vel Ungeri „praenotat admotis, qua Tethyos aequora, signis." Praeterea voci „territa" optime respondet „metuit" quod sequitur. Nihilominus coniecit Sudhausius: admotisque terit vel ferit: vix recte; nam signis ipsis feriri non solet; neque sidera signis teri apte dixeris. „Signa" enim sunt militaria signa (germ. „Feldzeichen"). „Admotis signis" idem valet atque „impetu facto." cf. Verg. Georg. III 236 signa movet; Aen. XI 517 Tyrrhenum equitem conlatis excipe signis; Caes. de bello gall. II 25 signa inferre. In iteratione verbi „provocat" non offendendum est. Poeta enim aptissimam adhibuit gradationem hoc sensu: quin etiam cunctos divos ad proelia provocat. Neque verborum iteratio ab hoc poeta aliena est. cf. vv. 81 sq. „sollicitant" . . „sollicitantque" 118 sq. „emergere" . . „se mergere", 169 „premit" . . „premiturque", 555 sq. „putas" . . „putas".

Itaque totus hic locus inde a versu 50 sic legendus:

Iam coacervatas nituntur scandere moles, Impius et miles metuentia comminus astra Provocat, infestus cunctos ad proelia divos Provocat admotis ad territa sidera signis: Iuppiter et caelo metuit dextramque corusca Armatus flamma removet caligine mundum.

Iuppiter ideo mundum caligine removisse i. e. mundum occultavisse videtur, ut Gigantes „caligine" longius procedere prohiberentur. Verbum removendi simul et cum ablativo et cum accusativo

coniunctum invenitur his quoque locis: Ovid. Met. XIII 467 tactuque viriles virgineo removete manus; Met. III 645 meque ministerio scelerisque artisque removi; Tac. Annal. II 50 ut . . propinquis suis ultra ducentesimum lapidem removeretur suasit; Suet. Tiberius 35 alium et quaestura removit. At his locis verbum removendi non coniunctum est cum ablativo qui dicitur instrumenti, sed cum ablativo loci. Contra in Aetnae loco „caligine" pro abl. instrum. accipiendum est. Sudhausius l. l. p. 107 ad verba „removet caligine mundum" confert Ov. Fast. II 493 (removent subeuntia nubila caelum).

v. 75.

Vatibus ingenium est; hinc audit nobile carmen.

Verba tradita „hinc audit nobile carmen", quae Jacobus, Munro, Baehrensius, Sudhausius in editionem Aetnae receperunt, emendatione egere videntur. Etenim verbum „audit" hoc loco ferri non potest. Baehrensius ad versum adnotat: „Malim ingenio est vivaci n. c." Alzinger l. l. p. 425 „hinc non ignobile carmen" scribendum proponit atque confert Verg. Buc. IX 38 „neque est ignobile carmen". Aliam viam ad hunc versum sanandum ingressus est Scaliger, qui (cf. Jacob l. l. p. 99) verba inde ab „hinc" ad ea, quae sequuntur, referens scribi volebat „hinc auget nobile carmen plurima pars scenae . ." At non plurima pars scenae nobile carmen auget, sed vates ipsi ingenio suo. Qua de causa scribendum est:

Vatibus ingenium est; hinc augent nobile carmen.

Germanice: „Die Dichter besitzen Erfindungsgeist; damit schmücken sie eine bekannte Dichtung weiter aus."

v. 80.

Hi Tityon p(o)ena stravere in iugera foedum.

Cod. H m. 1 tradit „stravem". Cod. S nihil exhibet nisi primam litteram „h" huius versus. Jacobus in editionem Aetnae carminis recepit „septem stravere in iugera", cum Munro „poena stravere in iugera" scriberet. Hauptius (cf. Opusc. II p. 34) „stravere novena in iugera" coniecit. Quam coniecturam Baehrensius, Wagler (cf. l. l. p. 89), Alzinger (cf. l. l. p. 91) probant. Dubium non est quin traditum vocabulum „p(o)ena" corruptum sit. Nam sententia „ad poenas dandas", quam in hoc vocabulo inesse necesse esset, solo ablativo vocis poenae exprimi non potest. Praeterea ad verba tradita „stravere . . iugera" requiritur vocabulum, quo expressum sit, per quot iugera vates Tityon stratum finxerint. Sine dubio Hauptius quoque eadem de causa vim intulit versui. Sed propius ad traditam lectionem accedimus, si scribimus „stravere novem per iugera foedum". Cf. Verg. Aen. III 631 „iacuit per antrum immensus (Polyphemus)": Aen. VI 595 (cf. Alzinger l. l. p. 91 sqq.) „nec non et Tityon, Terrae omniparentis alumnum, cernere erat, per tota novem cui iugera corpus porrigitur". Versu

80 ita restituto caesura post tertium trochaeum exsistit. Sudhausius l. l. p. 110 vel hac de causa Hauptii coniecturam reiciendam censet. Equidem non video, cur poetae hunc versum in formam III redigere non licuerit. Sat multis locis (87 i. e. semel in vv. fere $7^5/_{11}$) forma III usus est. Accedit quod hic versus nec voce dactylica nec spondiaca incipit, quas auctor Aetna initio versuum F III omnino devitavit. Vide supra p. 14 In verbis „novem per iugera" praepositio „per" interposita est. Quod saepius in hoc carmine factum. Cf vv. 131 segni sub pondere, 155 solido . . in omni, 162 illis . . in hiatibus, 204 sepulta . . in bella 218 quo sub duce (Baehrensius sic coniecit secutus cod. G), 326 densa per . . corpora, 357 adoratis . . ab aris, 364 prono . . sub austro 376 luctamine ab imo, 384 latos . . in agros, 395 radice sub ipsa 475 castra sub ipsa, 487 sena in milia, 524 madentes . . in flammas 553 saevum . . in hostem, 587 canoris . . in silvis, 619 nimio . . sub pondere, 626 pari sub munere, 632 medium . . per ignem, 640 pio sub pondere, 644 claro sub nomine. Atque ad hoc carmen emendandum transmutatione traditorum verborum uti licere docemur verbis Wagleri l. l. p. 39. Dicit enim ille: „Transposuit (sc. scriba) singula eiusdem versus verba, corrupit transposita: exempla adsunt: v. 161 G: „certo tibi lumine res est, scriba: „tibi lumine certaque retro"; v. 187 G: „sedes tantarumque area rerum est", scriba: „tantarum sedesque arearum est"; v. 227 G: „ingenium sacrare", scriba: „sacra peringentem"; v. 276 G: „terrae natura", scriba: „natura terra". Licet igitur in emendando Aetnae poemate verba transponere et insuper mutare transposita haud mediocriter".

Itaque v. 80 legendum censeo:

Hi Tityon stravere novem per iugera foedum.

140 sq.

Cernis et in silvis spatiosa cubilia retro Antraque demersas penitus fodisse latebras . .

In v. 140 cod. G exhibet „spatiosa", ceteri tradunt „spatioque". Pro „demersas" (141) codd. CSH exhibent „demissa" et pro „penitus" praebent „pedibus". Pro „fodisse" codd. deteriores tradunt „fudisse", cod. H m. 1 „sedisse". In codd. praeter G „latebris" exstat. Wernsdorfius pro „demersas" coniecit „demersis" quod cum lectione „latebris" coniungeretur. Lectionem G „latebras" Schrader in „scatebras" mutari vult. Wagler l. l. p. 99 Wernsdorfii coniecturam „demersis" probat. Lectionem „sedisse" Hauptius (cf. Opusc. II p. 30) cum Jacobo perperam Wernsdorfii coniecturam esse putavit. Baehrensius pro „demersas", quod Jacobus et Munro receperunt, „demersa et" scripsit. Alzinger (Neue Jahrb. f. klass. Phil. 1896 p. 853 sq.) sequens cod. C sic legit: „Cernis et in silvis specibusque cubilia retro antraque demissis pecudes fodisse latebris". Conicit igitur „specibusque" pro lectione codd. „spatioque" vel „spacioque" (G tradit „spatiosa") et „pecudes"

pro „pedibus“ (G exhibet „penitus“). Tam longe a tradita lectione recedere non opus est: quin nihil mutandum, si lectionem cod. G sequimur. Primum autem ad hunc versum recte interpretandum videamus, quomodo singula vocabula inter se coniungenda sint. Traditum verbum „demersas“ falso in „demersa“ mutatum est, ut ad „antra“ pertineret Nam verba „antra demersa“ sana carent sententia. In verbo „demersas“ nihil mutandum; nam coniungendum est cum vocabulis „penitus“ et „latebras“. „Latebrae penitus demersae“ (germ. „tief hinein gehende Schlupfwinkel“) apte dicitur. Porro verbum traditum „fodisse“ retinendum est. Poeta haec dicit: Latebrae penitus demersae foderunt sibi spatiosa cubilia et antra. Conferatur gravissimus locus Verg. Georg. I 183 fodere cubilia talpae; ubi vides etiam cubilia accedere. Imitatio aperta. Praedicat igitur Aetnae scriptor de inanimis rebus id quod de subiectis animatis tantummodo praedicari solet. Cf. huius carminis v. 218 ignis militat 300 furens . . aura pugnat in angusto 335 nubes pigra . . defuso circumstupet umida vultu prospectans sublimis opus. De hoc dicendi genere non raro ab auctore Aetnae usurpato vide ea quae dicit Hildebrandt Philol. LVI Lipsiae 1897 p. 103 Sudhaus l. l. p. 93. Denique de „retro“ vide Sudhausii l. l. p. 118, ubi ille locos affert ad hos versus iam a Munrone collatos: Lucr. IV 607 loca . . abdita retro; Stati Theb. II 13 ipsaque tellus miratur patuisse retro. Adde vero exempla Claudianea a Birtio in indice collecta: Cons. Stil. II 359 arridet retro (i. e. retro stans) Thermantia fratri; Epithal. Hon. 103 sed tertia retro dat varios nexus, 149 umbratura deam retro sinuatur in arcum belua; Rapt. Pros. III 382 complectitur ambas . . retroque solutis crinibus ascendit fastigia montis anheli.

Totus locus igitur sic legendus:

Cernis et in silvis spatiosa cubilia retro
Antraque demersas penitus fodisse latebras.

v. 203 sqq.

Ipse procul tantos miratur Iuppiter ignes
Neve sepulta novi surgant in bella gigantes
Neu Ditem regni pudeat neu Tartara caelo
Vertat in occulto tantum tremit. . .

Pro „tantos“ (G) v. 203 ceteri codd. praebent „magnos“. Cod. G pro „neve“ v. 204 tradit „ne“; cod. H „surgunt“. Pro „vertat“ (G) v. 206 exhibet cod. C „vertant“, H „vertunt“ („u“ m. 2 in „a“ corr.); cod. CH „tantum premit“ praebent. Lectione „tantos“ v. 203 vehementia ignium magis exprimitur quam scriptura „magnos“; itaque illa praeferenda. Pro inepto verbo „premit“ (206) ceterorum codd. recte in cod. G „tremit“ traditur, quod iam Jacobus recepit. Ante hoc verbum in omnibus codd. „tantum“ legitur. Quod vocabulum hic ineptum esse apparet. Matthiaeus iam (cf. Baehrensii l. l. p. 101) pro „tantum“ scribi voluit „tantus“ vel

„totus". Hauptius haec verba ad ea quae sequuntur pertinere ratus „tantus tremor" coniecit, cum Baehrensius pro „tantum" scriberet „tacitus". Deinde nominandus est Wagler, qui l. l. p. 29 sq. „clam tum" legendum contendit. cum Alzinger l. l. p 95 „totus" scribi vellet, quod iam Matthiaeus proposuerat. Attamen hic locus coniecturis propositis nondum recte restitui videtur. Etenim vocabulum „tantus", quod Matthiaeus proponit, cum verbo „tremit" non coniungi potest. Idem de Baehrensii ineptissima coniectura „tacitus" dicendum est. Hauptii coniectura „tantus tremor" et Matthiaei „totus" a codd. scriptura nimis recedunt. Wagler coniecturam suam „clam tum" l. l. p. 30 hisce verbis explicat: „tum h. e. cum 'fragor rumpitur tota Aetna' et 'fusca pallent incendia mixta ruina' (v. 201 sq.). Palam tremere cum sit omnino Iove indignum, tamen Aetnae fragorem audiens non potest non saltem clam tremere: tanta est ignivomi montis maiestas." At Wagleri coniectura prorsus supervacanea est; nam sententia quam hac ratione inferre vult, traditis verbis iam expressa est. Verba enim „in occulto" (germ. „im verborgenen", „im geheimen", „heimlich") non ad „vertat", sed ad „tremit" referenda sunt. An putat quisquam Plutonem clam vel in occulto Tartara caelo vertere posse? Ad locutionem „in occulto" cf. Plaut. Trin. III 2, 86 nihil ego in occulto agere soleo; Cic. Pro Cluent. 18 stare in occulto; Liv. XXI 22 sineret fata in occulto esse; Tac. Annal. III 18 quippe fama spe veneratione potius omnes destinabantur imperio quam quem futurum principem fortuna in occulto tenebat. Quae cum ita sint corrupta vox „tantum" aliter sananda est. Certe Iuppiter fragorem montis audiens et magna „incendia mixta ruina" conspiciens primum miratur (v. 203); tum vero, cum ignes fragorque magis magisque crescunt, iam tremere incipit, ne quid periculosi indicent ferantve.

Itaque hic locus sic restituendus videtur:

Ipse procul tantos miratur Iuppiter ignes
Neve sepulta novi surgant in bella gigantes
Neu Ditem regni pudeat neu Tartara caelo
Vertat, in occulto iam iam tremit...

Quod verba „iam iam" alio Aetnae carminis loco non leguntur, nullius ad hanc coniecturam probandam aut reiciendam momenti esse concedes.

v. 247.

Qua vocet Orion, quo Sirius excubet index.

Haec sunt verba cod. G, ceteri codd. sic tradunt: „quo volet Orion, quo setius incubet index." Quia „Orion" praecedit, lectio cod. G „Sirius" sine dubio praeferenda est. Jacobus l. l. p. 154 coll. Manil. V 12 „hinc vocat Orion, magni pars maxima caeli", hunc versum sic scribit: „quo vocet Orion, quo Sirius excubat index." Hauptius (cf. Opusc. III p. 439 sq.) coll. Manil. I 413 sic movet ut vidit mundum vultuque gubernat, sic legi vult: „quo voltu .... quo" .. At haec de Sirio, non de Orione a Manilio dicuntur. cf. Alzinger

l. l. p. 428. Qua de causa Alzinger coniectura Hauptii „voltu“ probata, versum ita legendum censet; „qua voltu Orion, qua Sirius excubet index“, eaque interpretatur: i. e. qua ratione Orion et Sirius ipso voltu indicent, quid eveniat.“ At equidem timeo ne Alzinger in probanda Hauptii coniectura „voltu“ nimis propere egerit. Quippe qua probata elisio longae vocalis *u* hic adesset, qualem in toto Aetnae carmine frustra quaeres. Quam ob rem de hac coniectura dubitare licet. Lectionem „Sirius excubet index“ etiam Jacobus, Munro, Baehrensius, Wagler, Sudhausius probant, nisi quod Munro l. l. p. 10 lectionem „incubet“ praefert. Praeterea Baehrensius hunc versum incipere vult hisce verbis: „qua luce Orion, qua“ . . Atque Wernsdorfius (cf. Jacobi l. l. p. 154) pro „index“ coniecit „Indis“. Quae coniectura supervacanea est. Quamquam in Verg. Georg. IV 425 sq. haec leguntur: „iam rapidus torrens sitientis Sirius Indos ardebat caelo“, tamen vox „Indis“ hoc loco ferri nequit. Neque lectio „incubet“ (cf. Verg. Aen. I 89 ponto nox incubat atra) apta est. Poeta enim nihil aliud dicit quam homines gaudere, quod pro certo dicere possint, qua nocte Orion quaque Sirius in caelo oriatur. Itaque hic versus restituendus ita videtur:

Qua nocte Orion, qua Sirius excubet index.

De Sirio indice conferatur nunc quidem luculenta Sudhausii adnotatio l. l. p. 136.

v. 260.

Quaeritur argenti semen, nunc aurea vena.

Haec est lectio optimorum codd. Baehrensius pro tradito vocabulo „nunc“ coniecit „cumque“. At hac mutatione non opus est. Etenim hoc loco, ut saepius apud poetas fit, in priore parte enuntiati „nunc“ correlativum omissum est. Quae dicendi ratio etiam invenitur in Verg. Aen. V 830 sq.: una omnes fecere pedem pariterque sinistros, nunc dextros solvere sinus. Quam ob rem lectio codd. „quaeritur argenti semen, nunc aurea vena“ retinenda est. Recte Sudhausius lectionem recepit, nihil autem adnotavit.

v. 476 sq.

Tum si quis lapidum summo pertabuit igni,
Asperior sopita es et quaedam sordida faex est.

Pro „es“ v. 477 codd. H. m. 2 et deteriores „est“ exhibent; pro „faex“ cod. H „fax“, codd. deteriores „fas“ praebent. Tradita verba „sopita es“ corruptam apparet lectionem esse. Iam Scaliger „scabres“ coniecit cum Wernsdorfius „robigo“ legi vellet. At comparativus „asperior“ tum non apte legitur. Qua de causa Hauptius „aspera spurcities“ legendum proponit; de qua coniectura satis actum supra p. 44. Ibidem autem quid in Sudhausii lectione displiceret exposui. Mihi leniore mutatione hic locus sanari posse visus est. Vox „asperior“ utique retinenda est. Mun-

ronis coniecturam „species“ Baehrensius et Wagler (l. l. p. 68) probaverunt. At hac via efficitur, ut in v. 477 subiectum mutetur. Interpretandum enim esset: tum si quis lapidum summo pertabuit igni, asperior (lapidis) facies (est) et quaedam sordida faex (lapis) est. Praestat lapidem etiam subiectum ad priorem partem v. 477 referri. Accedit quod post verbum „asperior“ ablativus substantivi requiritur. Nam verisimile est poetam hic lapidem flammis exustum cum alia quadam re aspera comparare. Sine dubio poeta scabram rem elegit, quae unicuique nota esset. Puto igitur poetam scripsisse:

Asperior tophis et quaedam sordida faex est.

Haec coniectura et sanam sententiam praebet et lenissima est. Etenim si singulas litteras traditi vocabuli „sopita“, quae inter se permutatae sunt, in alium ordinem redigemus, mutata littera A in simillimam H, vox „tophis“ exorietur. Sic etiam explicari potest, unde vocula „es“ cod. C exstiterit. Pluralem numerum poetarum more hic pro singulari usurpatum invenimus. Tophum asperam rem etiam Vergilius et Ovidius commemorant: cf. Verg. Georg. II 214 et tophus scaber et nigris exesa chelydris creta negant; Ovid. Heroid. XV 141 antra scabro pendentia topho.

VITA.

Natus sum Josephus Franke in provinciae Saxo-Borussicae vico Kreuzeber Nonis Januariis anni h. s. LXIX patre Henrico, matre Catharina e gente Degenhardt, quorum illum morte mihi ereptum esse valde lugeo, hanc superstitem esse magnopere gaudeo. Fidei addictus sum catholicae. Litterarum elementis imbutus per novem fere menses in urbe Dingelstaedt, per duos annos et dimidium in Belgicae urbe Theux studiis humanioribus operam navavi. Deinde per duos annos et sex menses frequentavi gymnasium Heiligenstadiense, quod vere a. h. s. LXXXIX testimonio quod vocant maturitatis instructus reliqui. A mense Aprili eiusdem anni per bis senos menses Paderbornae in studia philosophica et theologica incubui. Anno h. s. XC academiam regiam Monasteriensem adii, ubi primo per quattuor semestria theologicis studiis vacavi. Deinde ibidem studiis philologicis per octo semestria deditus docentes audivi Andresen, Hagemann, Langen, Mettlich, Milchhoefer, Schwering, Spicker, Stahl, Storck, Winnefeld. Seminarii regii philologici, cui praerant Langen et Stahl, per bis senos menses sodalis extraordinarius fui, sodalis ordinarius per ter senos menses. Exercitationibus Germanicis, quas Storck instituebat, per septem semestria, exercitationibus Provincialibus, quas Andresen moderabatur, per duo semestria interfui. Anno h. s. XCVII ad universitatem Marpurgensem transii, ubi me docuerunt viri doctissimi Birt et Maas; exercitationibus Germanicis suis ut interessem benigne concessit Schroeder.

Quibus viris omnibus de me bene meritis, imprimis Birtio, gratias ago semperque habebo maximas.



La 12.41
Res metrica Aetnae carminis.
Widener Library 005517250
3 2044 085 182 665